
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
8 C
61

TRACTATVS DE PRÆCEDENTIIS ET PRÆLATIONIBVS ECCLESIASTICIS,

ORDINE ALPHABETICO DIGESTVS,

INTER EOS, QVI DIGNITATES, OFFICIA & beneficia in Ecclesiis possident, & generaliter inter personas Ecclesiasticas, Doctoribus, Magistris, Iudicibus & Aduocatis non parum vtilis.

ANNECTVNTVR ETIAM ALIQVA, VARIETATIS causa, in iudicijs Ecclesiasticis ad easdem personas & hanc materiam extensiuè pertinentia.

AVCTORE D. MICHAELE FERRO MANRRÍQVE, Iuris vtriusque Professore, Capellano Regio, Honorario Catholicæ Maiestatis, Protonotarióque Apostolico Pontificiæ Sanctitatis, Vicario & Visitatore generali Serenissimi Infantis Cardinalis & Archiepiscopi Toletani in oppido Talaueræ, eiúsque terminis & territorio, & locorum in Montibus Toletanis consistentium.







LVGDVNI,

Sumptib. IACOBI & PETRI PROST, fratr.

M. DC. XXXVII.

DEO
OPT. MAX.

DICATVM OPVS, ET VT, DE ILLO, LEGENTES, BENE DICANT, BENEDICTIONIS SVÆ GRATIAM IN IPSVM INFVNDAT, HVMILITER SVPPLICATVM.



AD LECTOREM.



Ccasio hunc tractatum describendi, Candide Lector, à quadam causa, in qua super præcedentiis Aduocationis munus exercui, originem aliquando duxit, & paulatim postea super eadem materia cogitando & describendo has breues quæstiones per ordinem composui. Accipe igitur illas cum beneuolentia qua censurabile possis faciliter indulgere, seu in meliorem sensum, vel eminentiorem scientiam explanare, profundioris ingenij & Magistralis latitudinis proprius actus. Si autem quæsieris cur tractatus hic Alphabetico ordine sit descriptus, non incipiendo à Papa gradatim, & cæteris gradibus Dignitatum; respondebo hoc factum fuisse ne tractatus nimis paruulus appareret, & ideo varietatis causa aliquæ sunt admixtæ quæstiones ad materiam extensiuè pertinentes, vt fasciculus aliquantulum cresceret, & variis floribus redoleret. Rursus de origine & institutione Dignitatum cur in præsenti non est actum, sicut

ſicut feçerunt Cæſar *de Eccleſ. hierarch.* Barboſa *in Paſtorali*, Ludouic. Rudolphino *de orig. dignit. & poteſt.* cum aliis, ſi etiam quæſieris, ſimiliter reſpondebo, hoc omiſſum vt profundiùs & latiùs de præcedentiarum dumtaxat quæſtionibus ageremus, quas illi in multis omiſerunt, prædictæ originis & aliorum dubiorum memores.



IN LITTERARVM ET MINERVÆ laudem, Poëtica & non vulgaris enarratio.


Lle animus felix, totóque Helicone beatus,
Cuius in assedit pectore sancta quies,
Qua curis animus distans attingere summam
Doctiloqui studij Pallade duce potest.
O Cadmi nigra Nata laudate parentem
Nunc viuum toties ora per alta virum.
Illa Reginam retinent in corpore partem,
Certaque non semper nomen in astra ferunt.
Cúmque homini natura nihil cœlestius ingens
Mente det, & Regis dignius ore probi,
Budæam sine lege sonat deponere sedem,
Coniugibúsque grauem tot viduasse thorum.
Crimen adest, vtinam tectis lectisque latendo
Palladis, inscitia qua periere meæ,
Me similem, cui arsisse caput puerilibus annis
Dicitur auspicio, turgida fama sonet.
Fida Minerua meis crebrò spectata diebus
Salue, bellipotens accola pectus habens.
Præterito quam ventre parens vitalibus auris
Formauit, demens nubila mente vale.
Sæpia si dos est, Cnidius Tritonia nodus,
Vmboque Gorgoneæ clara fenestra feræ.
Hei mihi! quis tecum poterit sociare cubili
Corpus, vt ingenij longa Magistra fores.
Quis placida amplexus dabit arctos fronte maritus,
Vinceret vt fortis strenua bella manus.

Quis

Quis saltem illecebras oris commiscere dulces
Posset, vt Ægeria miscuit ille Numa.
Ergo age texentis peplum candore Matronæ
Culta Minerualis sis mihi grata comes.
Acropolis tua thure fouet simulacra sacerdos,
Lychnus inest oleo, ferreus ardet egens.
Te celebrant anno quinto Quinquatria, sexus
Fœmineus distat, suscipit arma puer.
Sanguine dicta focum volucris de tempore noctis
Inficit, & vigilans nigra per antra Draco.
Victor Atheneis festis de more coronas
Populeas offert, tempora cincta tenens.
Carna venit properare, facit Bellona valere,
Cui toga picta, liber, purpura pulcra, sagum.
Annulus & trabea intendunt parere Magistræ,
Firmaque pauper opum copia cultor agri.
Fœdus amica loquax poterit non rumpere cornix,
Sed tua non sapiat viscera Lethe rudis.
Atque vtinam iniustum possem concedere pomum
Quod, scelus heu! Troadis flammea forma dedit.
Nec mihi Parca timor, potiùs lethalia viuus
Sæpe meus retrò pensa reuoluet amor.
Frigida nec illum Tempe, nec carnea vertet
Herba Promætheis corpore nata locis.

Ab eodem Auctore.

APPRO

APPROBATIO.



ECRETO Illustrissimi Dom. Cardinalis Zapata, summi Fidei Quæsitorum Senatus Præfecti, & Toletani Archiepiscopatus Coadministratoris, vidi librum D. Michaëlis Ferro Manrrique *de præcedentijs & Prælationibus Ecclesiasticis*, verè ad Cleantis lucernam scriptum: ita accuratè omnia seligit, doctè disponit, & prudentiâ Iuris tot capita hucusque de Præcedentiis æmula peritè, caduceatoris more, conciliat, vt *non suam, sed pacis victoriam cogitasse* iudicem. Plinius iunior studiosos omnes ad amorem immortalitatis exhortationibus crebris exacuens, vti editione librorum *studijs nos proferamus*, variis stimulis instigat, eò vt *quatenus nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur*. Monumentum hocce Auctorem vixisse maximâ cum laude diu absque dubio testabitur; quia illud in Ecclesiasticæ Hierarchiæ politicen, in litteratorum subsidium posteritas ipsa seruabit incolume: nullatenus enim vel nostræ Fidei purissimo officit lumini, vel bonorum morum nocet candori. Quare dignissimum, quod è prælo in manus omnium prodeat, censeo. Madriti 5. Id. Aprilis anno CIↃ. IↃC. XXVIII.

Hieron. ep. 89 ad Princ.

Lib. 3. ep. 7.

D. PETRVS PANTOJA DE AIALA.



SVMMARIVM QVÆSTIONVM

quæ in hoc Opuſculo tractantur,

PER ORDINEM ALPHABETI.

QVÆ

S.

QVÆST. XLVIII.

De præcedentia Sacristarum & Thesaurariorum.

QVÆST. XLIX.

De præced. Succentorum.

T.

QVÆSTIO L.

De præcedentia Thesaurariorum.

QVÆST. LI.

De prælatione super Thesauro inuento in Ecclesia inter Inuentorem, Ecclesiam, & eius Rectorem, seu Prælatum.

V.

QVÆSTIO LII.

De præcedentia Vicariorum.

QVÆSTIO LIII.

De præcedentia Vicerectoris.

QVÆSTIO LIV.

De præcedentia Visitatorum.

Finis Summarij Quæstionum.

Priuilegium Catholicæ Maiestatis.

POR priuilegio dado en Madrid a 28. de Agosto 1629. tiene licencia el Licenciado Don Miguel Ferro Manrrique para poder imprimir vn libro que el tiene compuesto, intitulado, *De præcedentiis Ecclesiasticorum*, por tiempo de diez años, sino es el que del poder huuiere, solas penas en dicho Priuilegio contenidas. Firmado.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor,

IVAN LASSO DE LA VEGA.

COMMEN



TRACTATVS DE PRÆCEDENTIIS ET PRÆLATIONIBVS ECCLESIASTICIS.

QVÆSTIO I.

De præcedentia Abbatum.

SVMMARIVM.

1 *Abbates in suis Ecclesiis omnes præcedunt.*
2 *An teneantur ire ad synodum.*
3 *Præcedentia eorum in Synodo.*
4 *In multis æquiparantur Episcopis.*
5 *An præcedant Canonicos tam in choro, quàm in processionibus; & resoluitur negatiuè.*
9 *Ponuntur rationes præcedentis resolutionis.*
7 *Affertur pro eadem resolutione Ceremoniale Romanum.*
8 *An Abbates præcedant Canonicos vti singulos; resoluitur affirmatiuè.*
9 *An præcedant Dignitates Ecclesiæ Cathedralis; idem resoluitur.*
10 *An præcedant Vicarios Episcoporum; resoluitur similiter.*

11 *Ponuntur rationes præcedentium resolutionum.*
12 *An Abbatia sit Dignitas.*
13 *Possunt Abbatibus committi causæ Apostolicæ.*
14 *Abbates non præcedunt Vicarios Episcoporum in pertinentibus ad eorum officia.*
15 *Ponitur præcedentia inter ipsos Abbates.*
16 *Abbas exemptus præfertur non exempto.*
17 *Item Abbas antiquior.*
18 *Item Abbas Doctor, aut Nobilis.*
19 *Item Abbas Doctor in vtroque.*
20 *Item Abbas à nobiliori Vniuersitate laureatus, data in cæteris paritate.*
21 *Declaratur præcedens conclusio.*
22 *An Abbatibus debeatur præcedentia post depositam Abbatiam; resoluitur quòd sic.*
23 *Limitatur proxima resolutio.*
24 *Ponitur, quid erit si adsit consuetudo.*
25 *Dicitur, quis in electione Abbatiatus sit potior.*
Præcedentia eorum in Concilio, ibid.
26 *An præcedant Procuratores Episcoporum & Ecclesiarum in Concilio; & ponitur primò opinio affirmatiua.*
27 *Affertur opinio negatiua & tenetur.*
28 *Respondetur fundamentis contrarijs.*
29 *Præcedentia Coadiutoris describitur.*
30 *Refutatur quoddam dictum Gratiani.*
31 *Dicitur quomodo posset saluari.*
32 *Affertur præcedentia Abbatissum, Priorum, & Priorissum, & aliorum Regularium.*

1 BBATES in Ecclesiis sibi subiectis, & in Clericis ibi seruientibus primas obtinent, & omnes præcedunt. Fanc. Leo *in suo thesaur. part. 1. cap. 2. n. 31.* præcipuè si iurisdictionem quasi Episcopalem exerceant, & vsum Pastoralium, prout aliqui ex priuilegio habent: vel ex consuetudine, vt aduertit Cassan. *in catal. glor. mun. 4. part. concl. 32. vers. Duodecimò Abbates.*

Si

Si autem ab Ecclesiis suis discesserint, & ad Synodum 2
Episcopi, in cuius diœcesi retinent Abbatiam, conuocentur, seu ibi reperiantur, (ad quam an ire teneantur, videndum est per Boteum *in tract. de Synodo 2. part. ex num. 4. vsque ad* 8. & per relatos à Bertach. *in repertor. verbo Abbas, vers. quandónam Abbas*, & per Ascanium *de iure Abbatum, disput.* 24. *quæst.*4. *tom.*1.) tunc intrat quæstio de præcedentia & loco, seu sessione ipsorum.

Et dicendum est debere eos habere primum locum post 3
Episcopum, argumento text. *in cap. final. in princ. de officio deleg. in 6. & in cap. præsenti, de offic. ordin. eod. lib. & in c.2. de iudic.* vbi Abbates connumerantur post Episcopos, & ex ordine litteræ arguitur quis præferri debeat. Dec. *cons.* 160. *Pro domino, n.2. litt. B.* Gama *decis.* 1. *n.* 40. & 53. cum aliis relatis. Cacheran. *decis. Pedem.* 141. *num.*8. Staphil. *tract. de litt. grat. de prærogat. expect.* §. *magis graduatus*, &c. *num.* 2. D. Ioan. de Solorcano, Regius Consiliarius, *in allegatione pro Consilio supremo Indiar. super præcedentia, num.*80. pluribus congestis, & *num.*81: Ascanius *de iure Abbat. disp.*24. *tom.* 1. *quæst.*3. de quo argumento dicam infrà in sequentibus quæstionibus; tradit allegando Gemin. *in d. cap. fin.* 4. *not.* & Panorm. *in cap. ex ore, de priuileg.* 4. *not.* Felin. *in cap. Pastoralis col.* 3. *de offic. deleg.* Dec. *in cap.* 2. *col.* 2. *de iudic. & d. cons.* 160. *Pro domino, col.*1 & Boërium *tract. de præeminentia mag. Cons. num.*17. Idem Boteus *d. tract. de Synod.* 3. *p. n.* 15. & post eum idem affirmat Menoch. *cons.* 52. *num.* 132. alios referens.

Et videtur comprobari ex eo, quia Abbates æquiparantur 4
Episcopis in multis, cùm vtantur insigniis Episcopalibus, benedicant, & minores Ordines conferant, vt scribit idem Menoch. *d. cons.* 52. *n.* 134. Archid. *in cap. quamquam, n.2. de elect. in 6.* quod quomodo & quando possint facere, non est præsentis speculationis, sufficit tantùm in genere repetere, & quòd Abbates in Synodo Diœcesana sedeant post Episcopum, & Canonicos præcedant, intelligendum est, quando non capitulariter assistunt & sedent; secus verò si capitulariter sedeant, quia eosdem Abbates, Dignitates, & Canonici præcedent, vt ex *Ceremon. Episcoporum lib.* 1. *cap.* 31. *fol.* 50. *vers. in sessione verò*, & notabitur *infrà hac quæstione num.*7.

A 2 &

& docet Ascanius *de iure Abbatum tom.1. disp.25. quæst.2. num.* 10.

5 Quid autem erit in choro & in processionibus Episcopi & Canonicorum Cathedralis, si Abbas intersit, quæritur an præcedant Canonicos; hanc quæstionem ad longum pro vtraque parte examinat Cassan. *in d. catal. & 4.p. consid.* 32. *per totam*, & tandem concludit, quòd Abbates non debent præcedere Canonicos in processionibus. idem tenet Menoch. *d.cons.*52.*num.*137. *& cons.*257.*num.*29 *vol.*3. vbi Ripam & Seluam *de benefic.* recenset, Boër. *de auctor. mag. Cons. n.* 67. (qui tractatus non factus fuit ab ipso Boërio, sed à Ioanne Montano: sed quia in eo quasdam additiones composuit, & annexus est libro decisionum eiusdem Boërij, ideo communiter allegatur, Boër *in d tract.* quasi eum ipse composuisset, & sic intelligatur in cæteris allegationibus.) Boteus *d.tract.de Synod.* 3.*part num.*16. Dec. *d cons.*160. cum aliis ab eisdem relatis. Felin. *in d cap. Pastoralis, num.*9. *&* 10. *de offic. deleg. & in cap. meminimus, num.* 6. *de accusat.* Decius *in d cap.* 2. *de iudic. num.* 19. Decian. *cons.*67. *num.* 9. *&* 13. *volum.*2. Nau. *cons.* 5. *num.*13. *tit. de maiorit. & obed. lib.*1. *& cons.* 4. *num.* 2. *eiusdem tituli.* Leo *in thesauro d.cap.*2. *num.*32. *& cap.*9.*num.*4. Riccius *collect.decis.part.*4.*collect.*896. Cæsar Lusitanus *de Ecclesiastica hierarchia, disp.*12. *num.*28.

6 Mouentur his rationibus inter alias, quia quælibet Vniuersitas dignior est quàm persona singularis. *cap. statutum, de elect. in* 6. quod etiam refert idem Riccius *in sua praxi fori Ecclesi. tit. Praxis præcedentiarum, decis.* 582. *num.* 5. Decian. *resp.*66.*num.*8. & digniores altiori loco sedere debent. Staphil. *de litt. grat. de prærogat. expect.* §.*magis graduatus, num* 23. & quia Canonici in actibus publicis faciunt vnum corpus cum Episcopo, & dicuntur pars corporis illius, sicut Cardinales Papæ: vnde monstruosum esset, & præter ordinem naturæ aliud corpus intra vnum inserere. quæ rationes ex eo quòd naturali congruunt, me in hanc sententiam etiam inclinant, quam tenet & sequitur Ascanius *de iure Abbatum disput.* 25. *tom.*1. *q.*2. *num.* 10.

7 Quæ iam per Ceremon. Episcoporum *lib.*1.*cap.*31.*fol.*50. *vers. in sessione verò, & vers. aliàs Abbates,* approbata & canonicata

nonicara est, *& eod. lib. 1. cap. 23. fol. 40. verf. tum si aderunt Abbates.* nam in prædictis locis disponitur quòd in Synodo Prouinciali, seu Diœcesana priùs sedeant, & vota proferant Dignitates & Canonici Ecclesiæ Cathedralis, cùm capitulariter procedunt: aliàs Abbates titulares præcedant, & quòd etiam priùs thurificentur Dignitates & Canonici, tum postea Abbates præsentes; cui libro Ceremon. datur fides, vt infrà dicam *in quaest. 27. num. 17. & aliis locis.*

Sed dato quòd Abbates Canonicos Cathedrales in communi non præcedant, sed postponantur, an idem erit in particulari, & vti singulos? & an idem in Dignitatibus Ecclesiæ, veluti Archidiacono, Archipresbytero & similibus? & an idem in Vicario Episcopi? Et quòd Abbates præcedant Canonicos vti singulos, docuit Bald. *in cap. Pastoralis, num. 3. verf. extrà quaero, de offic. deleg.* expressè Felin. *in eod. cap. n. 9.* vbi respondet ad vnum contrarium, *& in d. cap. meminimus, num. 6. de accusat.* Dec. *in d. cap. 7. de iudic. num. 17. & d. consf. 160. num. 1.* Menoch. *d. consf. 52. num. 135.* Decian. *d. consf. 67. num 9. & 13. vol. 2.* Boër. *d. tract. num. 67.* Cæsar *d. disp. 12. n. 28.* Ascanius *d. disp. 25. quaest. 2. n. 10.* 8

Et quòd similiter præcedant habentes Dignitates Ecclesiæ Cathedralis vti singulos, est bonus text. *in cap. si quis deinceps, 17. quaest. 7.* vbi loquens de Episcopatu & Abbatia, subiungit ibi, *similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis Dignitatibus constituimus*, &c. Ex quibus verbis apertè colligitur Dignitates Ecclesiasticas Abbatibus inferiores esse; docet, & refert idem Felin. *in d. cap. meminimus, de accusat. num. 6.* Panormit. *in d. cap. ex ore, de priuileg. num. 3.* Videndus Decian. *in d. cap. 2. de iudic. num. 16. 21. & 22.* vbi loquitur in Dignitatibus, & specificè in Archidiacono, quibus censet esse præferendos Abbates, per iura *in d. cap. 2. & in cap. final. de offic. deleg. & in cap. praesenti, de offic. ordin.* & simul in quibus Abbates priùs nominantur, quod similiter obseruatur in Breuibus quæ expediuntur nunc per Sedem Apostolicam cum clausula generali, & quòd ex priori nominatione præcedentia arguitur, vt dixi *supr. n. 3.* & tradit Decian. *respons. 19. num. 223. vol. 3.* Grammat. *decis. 64. num. 28. & 29.* Lara *de Capellan. lib. 2. cap. 3. num. 47.* cum multis relatis, & hæc Ab- 9

batum præcedentia circa Dignitates & Canonicos vti singulos, constat etiam ex Ceremon. Rom. relato *supr. num.7.* in illis verbis, *aliàs Abbates titulares præcedant*, tenet etiam Ascanius *de iure Abbatum d. disput.25.quæst.3.num.1.* & ampliùs *quæst.4.per totum.*

10 Denique quòd præcedant Vicarios Episcoporum, etiam in Synodis, fatetur idem Menoch.*d.consl.52.num.131.& 137.* Boteus *de Synod. 3.p.n.15.* idem Menoch.*d.consl.257.n.30.& 78.vol.3.*Panorm.*in d.cap ex ore,in 4.notab.de priuil.*licèt contrà scribat Sbrocius *de officio Vicarij lib.2.q.25.n.8.*Fulciuntur ratione supradicta, quia Abbates radiis Episcoporum coruscant, in multis relatis per eundem Menoch. *d. consl.52. n.133.& seqq.& d.consl.257.n.31.* Lapus *allegat.84. Dominus Papa,col.finali,*vbi per textum *in d.cap.si quis deinceps,17.q.7.* inquit, Abbates esse in primo gradu sicut Episcopi, refert Dec.*in d.cap.2. n.14. de iudic.* Cassan.*d. catal. & concl.32. ex principio vsque ad §.Duodecimò Abbates,*facit Concil.Trident. *sess.23. cap.8. de reformat.* iunctis declarationibus relatis per Marzillam *lib.2.tit.13.fol.331.*

11 Vnde cùm his radiis, seu præeminentiis non fulgeant, nec gaudeant Canonici, nec Dignitates,nec Vicarij, meritò illis Abbates præponuntur. Nauarr.*consl.5.n.5. & 9.tit.de maiorit. & obed. lib.1.* cùm in hac materia regulare sit anteferri eos, qui altitudine dignitatis præeminent, vt ait text. *in d.cap.fin. de offic.deleg. & in d.cap.si quis deinceps 17.q.7.* & maior, seu altior Dignitas dicitur, quæ plurimum potest, seu cui maius decus,aut excellentia tribuitur, vt ait Boër.*decis.286. num.8.* Bald *consl.387.col.1.circa finem,versl.maior ab honore, & excellentia dicitur,lib.1.* relati per Riccium *d.praxi fori,& tit.Praxis præcedent.decis.583. in fine*; & magis priuilegiatus minori priuilegiató præponitur.Cassan *d.catal.& conclus.32.§.modò magis*, cum ibi relatis: & dignior est à quo digniora tractantur. Crauett. *consl. 489. n.9.* & etiam qui duas habet qualitates. Menoch. *consl. 51. n.31.* & qui maiori ornatu decoratus est. Decian.*d.resp.19.n.33.vol.3.*Menoch.*consl.902.n.17.vol.10.*& qui iurisdictionem habent perpetuam, prout Abbates, præferuntur iis, qui illam habent temporalem, & Vicarij. Menoch. *d. consil.257. num. 33. & 34. volum.3.* tenet sic dispu-

tans

tans Ascanius *de iure Abbatum tom.1.disp.25.quæst.3. à num.2.*

Quòd autem Abbatia sit Dignitas vt meritò præferri pos- 12
sit supradictis Dignitatibus, probatur ex *d. cap. si quis deinceps, & cap. vt Apostolicæ, de priuil.in 6.* cum aliis congestis per eundem Cassan. *d. conclus. 32. §. tertiò facit.* idem docet Lusitanus Cæsar *de Eccles.hierarch.disp.13.§.2.n.4.* Ascanius *d q.3.num.2.* Panormit.*in d.cap.2. de iudic. num. 2.* & *ibi* Ripa *n.31.*& Felin.*in princ.& in d.c.meminimus n.5. & 6.de accusat.* Seraphin. *decis. 514. num.7.* Riccius *in sua praxi aurea, resol. 270. n.1.* Idem Lapus *d. alleg.84. col.penult.* Menoch. *d. consil.52.num.136.*cum Villadiego *tract. de leg. quæst.7.* Card. *in Clem.1. de rescript.* Dec. *in d c.2. de iud.n.10.* Innocent. *in cap.de multa,de prabend.num.6.*

Et sic practicatur,quia iuxta text.*in cap.statutum,de rescript.* 13
in 6. talibus Abbatibus in Curia Regia Hispaniæ degentibus committuntur causæ Apostolicæ ratione suæ Dignitatis, in Tribunali S. & R.Nuntij, prout ego dum ibi essem Aduocatus accepi, & similiter possunt esse Conseruatores ex eo quòd sunt in Dignitate, vt scripsit Moneta *tract.de conseruat. iud.cap.5.num.79.& 80.*

Sed illud quod dictum extat, nempe Abbates præcedere 14
Vicarios Episcoporum, existimo limitandum vt non procedat in pertinentibus ad eorum officia, in quibus clarum est ipsos esse maiores, exemplo Abbatis, qui in rebus suæ regulæ, & in causis sui Monasterij, præcedit Episcopum, Innocent. *in cap. quanto deuotio, n 2. de offic.ordin.* & exemplo Parochi, qui in funeralibus præcedit Canonicos, seu Capitulum, dicam *infrà quæst.32. num.2.* & etiam Inquisitoris, qui præcedit Episcopum in causis fidei, dicam similiter infrà *quæst.22. n.7.* & Rectoris scholastici, qui in actibus scholastici præcedit Episcopum, vt dicetur infrà *quæst.41. num.2.* facit illud Deciani *consil.67. num. 12. & 13. vol.2.* vbi quòd etiam Rex existens in domo aliena debet cedere domino, quia quilibet in domo sua Rex est, & Princeps. D. Ioan. de Solorçano *in d.alleg. super præcedentia, num.92.*cum aliis,inter quos Besoldus *dissert.de præcedentia cap.3.num.5.*

Vlteriùs est videndum quæ sit præcedentia inter ipsos 1
Abbates,si in actibus publicis concurrant.Puto sic dicendum.

Primò,

Primò, Abbates illi quatuor Ordinum, capita nempe S. Benedicti, Cluniacen. Cistercien. & Præmonstraten. omnibus aliis præferuntur. Cassan. *d.4. parte consid.*31. Leo *d. thesaur. cap.2. num.*32. Secundò si vnus Abbas habeat aliquam prærogatiuam specialem, veluti priuilegium ad benedictiones, tam in Ecclesia, quàm per vias, iuxta textum *in cap. Abbates, de priuileg. in 6.* & *ibi* Doctores, vel ad benedicendum vasa & calices Ecclesiæ, quos sine priuilegio benedicere non possunt. Marzilla *in declarat. Concil Trident. lib.2. tit.*13. *cap.*10. *fol.*331. Sà *in suis Aphor. verbo benedictio, in fine.* Syluest. *in sum. eod. verbo num.*5. tunc ratione huius, vel alterius prærogatiuæ erit aliis Abbatibus præferendus: nam ex eo quòd digniora tractat, magis priuilegiatus & dignior efficitur, vt cum aliis dictum est *suprà num.*11.

16 Si tamen prædictis qualitatibus Abbates polleant, vnus verò sit exemptus, & nulli Episcopo subditus, ex ratione proxima primas obtinebit, bonus textus *in cap. vt Apostolica, de priuileg. in 6.* tradit cum aliis idem Bot. *d. tract. de Synodo 3. p. num.* 17. vbi ait quòd Abbas exemptus sedere debet à dextris, quod honorabilius est. Felin. *in rubr. de maior. & obed. num* 8. sentit glossa *verbo residendi, in l. decernimus. C. de sacrosanct. Eccles.* Gama *decis.* 1. *num.* 16. latè Gratian. *disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 106. *num* 40. *cum seqq.* vbi rationes quare Diuus Paulus à dextris Diui Petri pingatur tanquam in loco honorabiliori, eleganter recenset & plura scribit Barbos. *in suo Pastorali, tit.* 3. *cap.*8. *num.*62.

17 Rursus si pares fuerint in proximis Abbates, antiquior præfertur, vt regulare est in hac materia, argum. text. *in cap.*1. *de maior. & obed.* vbi Panorm Felin. & cæteri Canonistæ, & de iure ciuili text. *in l.* 1. *ff. de albo scrib. & in l.* 1. *ff. de consulib. lib.* 12. & *ibi* Luc. de Pen. cum aliis relatis per Dec. *d. consil.* 160. *num.* 1. & Cassan. *d.* 4. *part. consid.* 48. *versic. sic etiam videtur,* & per eundem Riccium *d. praxi fori, & tit. Prax. præcedent. decis.* 579. *num.* 2. *& decis.* 580. *num.*4. & per Gam. *d. decis.* 1. *num.* 4. 5. *&* 14. & Nauar. *d. cons.* 5. *num.* 8 *tit. de maior. & obed. lib.* 1. & Mastrill. *de magistrat. d lib.* 4. *cap.* 14 *num.* 35. *& decis.* 130. *num.* 1. *cum seqq* Barbosa *in Pastor. alleg.* 78. *num.* 41. D. Ioan. de Solorcano, Regius Consiliarius

liarius *in allegatione pro supremo Indiarum Consilio super praecedentia,n.*58. plura de antiquitate coniungens, cum Besold. *de praeced.& sessionis praerogat. cap.*3. *num.*2.

18 Si autem Abbates in antiquitate non distinguantur, at vnus fuerit Doctor, aut Nobilis, potior erit. Cassan. *d. consid.*48. vbi idem dicit de viro virtuti dedito, de cuius virtutis praecedentia multa cumulat Tiraquell. *tract.de nobilit. cap.*4. *num.* 8. 16. *&* 17. quòd debet nobilitati anteponi; & Doctoratus quòd sit dignitas, tenet idem Dec. *d.consil.* 160. *n.*2. vbi quòd est communis opinio. Menoch. *consil.* 126. *num.*7. *vol.*2. cum relatis per eos. Bertach. *in repert. verbo Doctoratus est dignitas.* Signorol de Homod.*tract.de praeced.Doct.num.*50. Christophor. Lanfranc *tract.vtrùm praeferſint Doct. an miles, num.* 42. vterque inter tractat. Doctor Mastrill. *d.decis.* 130. *num.*14. cum multis. Azeued. *in rub tit.*2. *lib.*6. *num.*74. & *in num.*20. *&* 21. aliqua tradit de praeeminentia nobilitatis, de qua Tiraq *eodem tract.per tot.* & praecipuè *cap.*20. Decian. *d. respons.*19 *num* 234 *vol.*3. Cassan. *d.catal.part.*8. *consid.*7. Lara *de Capellan.lib.*2.*cap.*4. *per tot.* Barbos *in Pastorali, allegat.*78. *num.*41. D. Ioannes de Solorçano, Regius Consiliar.*in allegat praecedentiae pro supremo Indiar. Consilio,num.*41. loquens de qualitate nobilitatis, diuitiarum & potentiae praecedentiam operante.

Sed si Abbates fuerint ambo, seu omnes Doctores, eritne 19
alius praelationis gradus? Et dicendum est quòd sic:ille enim Abbas, qui vtriusque iuris, Pontificij & Caesarei,Doctor fuerit, alteri erit praeferendus, qui vnius tantùm iuris & gradus laurea donatus fuerit,verba sunt Menoch. *consil.*115.*num.*11. *vol.*2. vbi multa notabilia in proposito videri possunt, *& consil.*51.*num.*31.*vol.*1. dicens, digniorem esse qui duas qualitates habet.Nauarr. *consil.*5.*tit.de maior.& obed.num.*15.*lib.*1. Mastrill. *de magistrat.lib.*4. *cap.*14.*num.*30. 31.*&* 32. Tiraq. *d. tract.de nobilit.cap.*5.*num.*8, vbi pro regula tradit in hac materia, esse illum praeferendum,qui duplici dignitate cohonestatus est, & subiungit immediatè exemplum de Doctore vtriusque iuris, Carol.de Grass. *de effect.cler. in praelud. n.* 103. cum *ibi* relatis, Contelorius *tract.de praecedentia,n.*5.pluribus relatis faciunt quae supradicta remanent,*num.*11.& quae tradit

Cassan. *d.catal.* 8 *part. consid.* 27. *&* 10. *part. consid.* 33. *& in alijs locis*, quibus addo Tiber. Decian. *d.resp.* 19. *num.* 212. *&* 213. *vol.* 3. vbi quòd claritas & multiplicatio titulorum designat præeminentiam meritorum.

20 Denique si paritas in gradu in Abbatibus inueniatur, disparitas erit in consideranda Vniuersitate à qua illum acceperunt, vt in terminis docuit Cassan. *d.*10.*part.consid.*32. cùm in quolibet Regno maiori pretio aliqua Vniuersitas habeatur: veluti inter nos Salmantina, Complutensis, & Vallisoletana, iuxta textum *in l.* 10. *tit.* 7. *lib.* 1. *recop.* & inter Francos Parisiensis, & sic in cæteris. Quia in hac materia data paritate, etiam præfertur qui à maiori recepit Dignitatem, textus cum glossa *in l.*2. *ff. de albo scrib. cap.* 1. & *ibi* glossa *verbo maior, & cap. per tuas*, & glossa *ibi, verbo subdiaconatus, de maior. & obed. cap. Dominus*, iuncta glossa *verbo elegit.* 93. *distinct.* & loquendo de Canonicis scripsit idem Cassan. *d. tract. & catal.*4.*part.consid.*49. Decian. *d.resp.* 19. *num.* 214. *vol.* 3. Menoch. *d.consil.* 126. *num.* 33. *&* 34. *vol.* 2. *& consil.* 257. *num.* 10. *&* 11. *vol.* 3. Tiraq. *d.tract. de nobilit. cap.* 6. *num.* 7. Contelorius *de præcedentia, num.* 3.

21 Et dico, *data paritate*, quia etiam si quis à maiori recipiat Dignitatem, non ideo antiquiore, digniore, seu maiori potior erit, & non est sequenda glossa *verbo maior, in d. cap.* 1. *de maior. & obed.* contrarium tenens, ibi, *nisi posterior ordinatus fuerit à maiore. cap. per tuas, & ff. de albo scrib. l. vlt. &* 93. *distinct. cap. vlt.* quia nec *in d. cap. per tuas*, & cæteris iuribus per glossam allegatis, illud probatur, cùm solùm disponant esse honorandum, & præferendum eum, qui à maiori Dignitatem accepit, & intelligendum est data paritate; non autem dicunt præferendum esse antiquiori, seu digniori. Et similiter accipiendus non est Rebuff. *tract. de dignit. num.* 3. qui pro sua & glossæ supradictæ opinione citat textum *in cap. vlt. de consuetud. lib.* 6. ex quo totum contrarium probatur; quia *ibi* disponit Summ. Pontif. quòd non obstante mandato de prouidendo alicui de aliqua præbenda proximè vacatura, possint Canonici antiquiores iuxta consuetudinem Ecclesiæ eandem præbendam optare; & sic infertur voluisse Summ. Pont. quòd antiquitas seruaretur, non obstante prouisione sua; & hanc

hanc ſententiam tuentur Innocent. *in d. cap.* 1. *in princip. de maior.& obed* ibi,*& hoc habet locum in æqualiter meritis*, &c. Panorm. *in d cap.per tuas,num.* 1. ſibi contrarius *in d.cap.* 1.*n.*3. Ioan.de Plat. *in l.*2. *num.*1. *C.de decurion. lib.*10. per textum *in cap.licet* 8. *quæſt* 1. Boër. *de auctor.mag.Conſil. num.*81. & hoc rationi naturali quadrat, ne ex eo quòd quis electus ſit à maiori, intelligatur in dubio eſſe dignioribus & antiquioribus præponendum, niſi contrarium exprimatur; quod etiam ſine magna cauſa iuſtum non credo, & de hoc dicam *infrà q.*27. *num.*2.*& quæſt.* 10 *num.*4.

Vltimò libet pertingere, an aliqua præcedentia Abbatibus debeatur poſt depoſitam Abbatiam? quam quæſtionem, ni fallor, Aſcanius omiſit. & dico quòd licèt ipſe Aſcanius *tom.*1.*diſput.*16.*quæſt.*11. ſcripſerit in terminis Abbatum eorum priuilegium ceſſare ceſſante Dignitate; illis tamen primus locus debetur poſt Abbates nouos, ſiue ſint Regulares, aut ſeculares, & hoc in memoriam priſtinæ Dignitatis,argumento textus *in l final.de decurion.& in l.ſeruus,C.de quæſtion.* tradit videndus Felin. *in cap.quæ in Eccleſiarum,num.*81.*&* 82. *de conſtitut.* vbi idem dicit de vaſallo feudi, de promoto ad Epiſcopatum,de Legato, de Aduocato,de Nouitio, de Notario,docet cum Feder. de Sen. *conſil.* 19. Iaſ. & Purpur. idem Caſſan. *d.*4. *part. conſid.* 34. & mirum non eſt quòd hæc prærogatiua Abbatibus tribuatur in memoriam priſtinæ Dignitatis,quia quamuis hac priuati ſint; remanent tamen ſemper benedicti: ſicut Epiſcopi conſecrati poſt depoſitum Epiſcopatum. quæ qualitas etiam de per ſe reuerentiam poſtulat, & præfatam memoriam corroborat & eneruat. 22

Limitatur tamen hæc concluſio vt non procedat in caſu culpæ: tunc enim amittitur memoria priſtinæ Dignitatis. Caſſan.*d.conſid.*34. *in fine*, & hoc eſt rationi conſentaneum. 23

Sed modò quæri poteſt, an hæc omnia ſupradicta, in quibus Abbates tãquam maiores alios præcedunt, vel præferuntur,limitentur per conſuetudinem contrariam; ita vt valeat dici,verum eſt quòd Abbas præferri debuerat, vel è contra: ſed eſt contraria conſuetudo; dicam infrà *quæſt.*18. vbi latiùs de conſuetudinis potentia in hac materia. 24

Nunc vt Abbatum præcedentiæ finem imponamus, reſtat 25

Sed multo verius est dictum Procuratorem, seu Vicerectorem Episcopi, seu Ecclesiæ, esse postponendum Abbatibus in Concilio, vt expressè tradit Leo *d thesau. fori. p.* 1. *c.* 9. *num.* 4. §. *Abbates*, &. probatur apertè ex Ceremoniali Rom. *lib.* 1. *c.* 31. §. *in sessione verò*, qui liber fidem facit, vt infrà dicam *quæst.* 27. *num.* 17. & in aliis locis; & ratio est, quia posito quòd Vicerector debuisset honorari sicut Rector, non tamen quantum ille, vt eleganter resoluit idem Dec. *in d. c. sanè el* 2. *n.* 6. *vsque ad* 12. *de offic. deleg.* Nauarr. *d. cons.* 7. *in fine, de maior. & obed. lib.* 1. Gonzal. *d glossa* 5. *&* §. 9. *n.* 105. Gratian. *disceptat. forens.* 1. *tom. c.* 111. *n.* 57. & ratio rationis euidens est, quia summus honor & reuerentia debetur propter dignitatem propriam adhærentem personæ ossibus, veluti Episcopo, & similibus: & hæc reuerentia æqualiter transire nequit in suum Locumtenentem, seu Vicarium; cùm in ipsum, seu alterum Dignitas Episcopalis, & vestes reuerentiales eius, & similia Dignitatum accidentia non transeant: & ita refert idem Dec. & Nauarr. *vbi suprà*, quòd Dux Sabaudiæ meritò fuit Legato Venetorum præpositus; quia Dux aderat personaliter, non autem Veneti, seu Venetia. 27

Non obstant suprà relata; quia respondetur procedere in aliquo honore dando substitutis, Vicerectoribus, & similibus: non autem in æquali reuerentia Rectoris & principalis, vt proximè dicitur: vel quòd obstantia procedant quando Vicerector creatus est ab eo, à quo fuit creatus Rector. Gratian. *d. c.* 111 *n.* 54. *& seqq.* seu quando Locumtenens, aut substitutus sunt à lege; tunc enim fruuntur eodem iure in iurisdictionalibus: secus autem est dicendum in reuerentialibus, in quibus clarum est non posse Locumtenentes, seu Vicerectores, & substitutos suis principalibus adæquari, vt colligitur ex eod. Menoch. *d. cons.* 257. *n.* 73. 81. *& seqq.* Decian. *d. resp.* 67. *num.* 3. Boër. *d. tract. n.* 67. & optimè ex eod. Gam. *d. decis.* 1. *num.* 49 *&* 50. qui in hoc puncto videndus est. 28

Et hinc est, quod dicitur de Coadiutore qui in absentia Coadiuti non fruitur præeminentiis ad illum pertinentibus, nec in choro datur Coadiutori sedes Coadiuti, quamuis sit substitutus eius, & Locumtenens, vt infrà dicetur *quæst.* 15. 29

Ex his constat non esse admittendum quod sentit Gratian. 30

d.cap. 111.*n.*57.*& ſeqq.* dicens quòd Vicarius Epiſcopi,ſi à Papa electus ſit,debeat æqualiter honorari, & idem ſi electus ſit ab Epiſcopo in caſibus, in quibus ipſum repræſentat; quia vtrumque minus verum eſſe exiſtimo, ex rationibus & autoribus ſupradictis;quia etſi Vicarius electus ſit à Papa, certum eſt, quòd æqualem cum Epiſcopo reuerentiam non meretur, cùm non habeat conſecrationem, nec veſtes Epiſcopales, nec titulum perpetuum Epiſcopatus; & ſimiliter idem de Vicario electo ab Epiſcopo,etiamſi illum repræſentet; & hæc eſt conſideratio naturalis,quam omne iudicium amplectitur.

31 Procederet tamen dictum Gratiani, ſi ipſe non in reuerentialibus, ſed in iuriſdictionalibus loqueretur, iuxta id quod ſuprà dixi *num.*29.*in fine.*

32 Et hæc ſufficiant pro præcedentia Abbatum; aduertendo tamen quòd prælatio illis deſignata intelligitur etiam de Abbatiſſis,Prioribus & Prioriſſis,de Commendatariis, & Prælatis Monaſteriorum, nempe vt eadem prælatione & præcedentia potiantur, vt notat Caſſan. *d.catal. & 4 p.conſid.*32. *in fine,& conſid.*35.*&* 36.

QVÆSTIO II.

De pracedentia inter Accuſatores Eccleſiaſticos.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio quando Clericis ſit permiſſa.*
2 *Pracedentia inter Accuſatores Eccleſiaſticos exponitur.*
3 *Conſilium ponitur circa accuſationes Eccleſiaſticorum.*

1 PRæſupponamus accuſationem Clericis aliquibus caſibus eſſe permiſſam, veluti cùm præmiſſa proteſtatione ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur, ſecundùm communem opinionem *in cap.*2. *de homicid. in* 6. de qua teſtatur

Couarr.

Couarr.*in Clem.ſi furioſus , de homicid. 2.p.§.5.n.4.* Salzedo *in pract.crim.cap.98.n.7 in ſummario* ; & quia regulare eſt , quòd aliàs prohibiti accuſare,non prohibeantur in ſuæ , vel ſuorum iniuriæ accuſatione , vt per text.*in l.non prohibentur, C.qui accuſ. non poſſ.* cum aliis refert Paz *in prax.1. tom.5. p. c.3. n.11.* Specul.*tit.de accuſat.n.37.*Anton.Gom. *var.tit.de delict.n.32.* Idem Paz *vbi ſuprà num.12.*vbi etiam refert & tradit , qui dicantur ſuorum iniuriam proſequi,nempe vſque ad 4. gradum de iure Regio , vt *in l.2. & 26. tit. 1. p.7.* & de iure communi vſque ad 6. quamuis ſint diuerſæ opiniones , tradit etiam Farinac.*prax.crim.tom.1.quæſt.12.num.58.* cum relatis per eos.

In caſibus ergo , in quibus licita eſt Clericis accuſatio , ſi 2 ſuper accuſanda nece defuncti concurrant cum aliis eius conſanguineis,intrat quæſtio de præcedentia;& cenſeo illam eſſe diffiniendam per regulas quæ à DD. traduntur in præcedentia laicorum ſuper accuſatione necis defuncti,ſcilicet vt competat conſanguineis proximioribus , remotioribus excluſis, iuxta text. *in l.ſi plures. ff.de accuſat.* vbi DD. quæ regulæ traduntur latiſſimè ab eodem Farinac.*d.prax.crim.tom.1 quæſt.13. per tot.* cum multis ampliationibus & limitationibus : ita vt nihil ſuperaddēdum ferè inueniri poſſit; ad eum ideo Lectorem remitto. Moueor, quia poſito quòd Clerici poſſint accuſare propter ſpecialem , ſeu ſpeciales rationes , tunc ſublato impedimento quod illis erat , remanent pares,& æquales laicis;vnde data paritate idem de omnibus eſt conſiderandum, & obſeruandum,propter eamdem rationem.

Conſulo tamen Clericis,quibus hoc contigerit,vt propter 3 Dignitatis ſuæ reuerentiam à tali accuſatione ſe abſtineant,& in illa locum dent laicis;quia quamuis præhabita proteſtatione ſecuritas ſit in foro interiori , dummodo proteſtans animum proteſtationi contrarium non habuerit,ex his quæ bene conſiderauit idem Salzedo *d.pract.& cap.98.num.15.* in exteriori tamen forſan malè accipiuntur tales Clericorum accuſationes, meritóque debent ſe ab illis abſtinere.

QVÆSTIO

QVÆSTIO III.

De præcedentia

Aduocatorum Ecclesiasticorum.

SVMMARIVM.

1 *Quando Clericis sit permissum aduocare.*
2 *Præcedentia Clericorum Aduocatorum.*
3 *Ponitur quædam limitatio ipsius præcedentiæ.*
4 *Inter eosdem Clericos Aduocatos quis præferatur.*
5 *Dictum de Clericis Aduocatis ad seculares extenditur.*

1 ETiam præsupponendum est Clericos posse aduocationis officio fungi, nedum in causis Ecclesiasticis, de quo nullum est dubium, iuxta text *in cap. 2. de postul. & in cap. in nostra, de procur.* & *ibi* Canonistæ: verùm & in causis secularibus in quibusdam casibus, quorum aliquos recenset Salzedo *in d. pract. crim. c. 63. in annot.* quo supposito videndum est quos præcedant.

2 Et existimo esse præferendos cæteris ministris iustitiæ, vt sunt Notarij, Procuratores, Apparitores, & Cursores, ex his rationibus. Prima, quia officium aduocationis est maximè laudandum, cùm sit in Republica honestum & licitum, vtile & necessarium, ita vt non minus præuideant humano generi, quàm si præliis & vulneribus patriam parentésque saluarent, verba sunt text. *in l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iud.* & ex plurimis sacræ Scripturæ locis venit laudandum officium Aduocatorum, quos refert Cassan. *d catal. 7. p. consider. 29. & seqq.* vbi in hoc multum immoratur, refert, & laudat etiam Homobonus *de statib. hum. vitæ. part. 2. c. 5.* Secunda, quia Aduocati digniora tractant, vtpote sacros Canones & leges. Tertia, quia ex eo quòd consilia præstant iudicibus, debent iuxta illos sedere & ambulare. Quarta, quia Aduocati ascendunt regulariter ad iudicum officia & magnas dignitates: vnde his

his rationibus digniores apparent, quàm prædicti m nistri, meritóque debent illis anteferri, ex his quæ suprà scripsi *quæst.* 1. *num.* 11. facit bonus text. *in l. laudabile, C. de Aduocat.* ibi, *laudabile vitaque hominum necessarium aduocationis officium, maximè principalibus præmiis oportet remunerari,* &c. noto ad supradicta verba vltima.

Ve um, quòd Aduocati præcedant Procuratores, limitand..m erit, vt non procedat in Procuratore Fisci, quia participat de Fisci priuilegiis, ideóque ipse præfertur Aduocatis non habentibus aliam Dignitatem, vt aduertit Cassan. *d* 7. *p. consid.* 34. 3

Sed inter ipsos Aduocatos quis eorum præferatur, dubium est. Dico, quòd si inter illos esset Aduocatus Fisci, hic in primo gradu erit, quia gaudet multis priuilegiis *d. l. laudabile*, & in hoc similis est Fisco. Multa scribit de præcedētia Aduocati Fisci Cassan. *d.* 7. *p. consid.* 33. *&* 43. *in fine.* Inter cæteros autem Aduocatos præferuntur pro gradus prærogatiua, vtpote primò Doctores, secundò Licenciati, tertiò Baccalaurei, Cassan. *vbi suprà consid.* 48. & inter pares gradibus seruetur antiquitas & tempus graduationis, Cassan. *eadem* 7. *p. consid.* 46. & inter æquales tempore attendatur Vniuersitas, & alia suprascripta *quæst.* 1. *à num.* 15. *vsque ad* 21. 4

Et hoc, quod dictum extat de Aduocatis Ecclesiasticis, commune est in secularibus, cùm sit inter vtrosque vna ratio præcedendi, & prædictæ auctoritates loquantur indistinctè. 5

QVÆSTIO IV.

De præcedentia Archiepiscoporum.

SVMMARIVM.

1 *Describitur præcedentia Archiepiscoporum in suis prouinciis.*
2 *Metropolitani & Archiepiscopi an idem sint?*
3 *Archiepiscopi sunt iudices ordinarij suorum suffraganeorum.*

4 *Vocant suffraganeos ad Concilium Prouinciale.*
5 *Dicuntur patres Episcoporum.*
6 *Limitantur supradicta.*
7 *Ponitur praecedentia inter ipsos Archiepiscopos.*
8 *Agitur de Primatu Praesulis Toletani, & referuntur auctores.*
9 *Contrarij etiam adnotantur.*
10 *Auctoris opinio & censura, & eius fundamenta.*
11 *Rationi & fundamento in contrarium allegato respondetur.*
12 *Similiter alio fundamento responsum praestatur.*
13 *Destruitur allegatio quaedam pro Bracharensi Archiepiscopo.*
14 *Defenditur priuilegium pro Toletano Archiepiscopo.*
15 *Testimonia Conciliorum pro eodem Archiepiscopo referuntur.*
16 *Aliud medium contrarium similiter destruitur.*
17 *Quisnam fuerit primus Archiepiscopus Toletanus, & authoris animus in hoc puncto?*
18 *Archiepiscopus maiori Patriachae subditus dignior est.*
19 *Item qui priuilegium, seu aliam qualitatem habuerit, & quid si Archiepiscopi pares sint?*
20 *In electione Archiepiscoporum quis sit eligendus?*



1 Rchiepiscopi praecedunt omnes in sua prouincia, tam Episcopos suos suffraganeos, quàm Abbates, & caeteros Ecclesiasticos. Probatur hoc ex pluribus, & Primò ex etymologia nominis, quod significat, summus, seu Princeps Episcoporum, docet Syluest. *in sum. verbo Archiepiscopus*, expressus text. *in cap. cleros, 21 distinct.* ibi, *Archiepiscopus graeco dicitur vocabulo quòd sit summus Episcoporum, tenet enim vicem Apostolicam, & praesidet tam Metropolitanis, quàm caeteris Episcopis: Metropolitani autem à mensura ciuitatum vocantur, singulis enim prouinciis praeminent, quorum auctoritati & doctrinae caeteri Sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet Episcopos: solicitudo enim totius prouinciae ipsis commissa est*, &c. & tradit Homobonus *de statibus humanae vitae, part. 1 cap. 6. §. Tertium*, Caesar *de Ecclesiasticahierarch. disp. 5. §. 1. num. 3.*

2 Metropolitani dicuntur Archiepiscopi habentes prouinciam & suffraganeos; sed si illam non habent, non dicuntur

cuntur Metropolitani, sed tantùm Archiepiscopi. Zerol *in pract. Episcop. 2. p. verbo Archiep.* at in Hispania omnes habent prouinciam, ideo etiam dicuntur Metropolitani, vt colligitur ex pluribus Concil. Trid. locis; sed quòd idem sint Archiepiscopi & Metropolitani, probatur ex *cap. nulli, 99. distinct. & cap. pastoralis, de offic. ordin.* Vt cum aliis DD. tractat & tenet Monet. *de conseruat. iud. cap. 5. num. 43. & 44* vbi etiam contrariis respondet, praecipuè ad text. *in d. cap. cleros*, ex quo colligitur discrimen inter Archiepiscopos & Metropolitanos, vt ibi nomine Archiepiscoporum intelligantur Primates, cum glossa *in eodem cap. verbo Archiepiscopis*, & quòd non sit discrimen praedictum, etiam sentit Paul. Lancellot. *Instit. iur. Can. lib. 1. tit. 5. §. Archiepiscopi, in fine*, Caesar *d. §. 1. num. 4.*

Secundò probatur, quia Archiepiscopi siue Metropolitani sunt iudices ordinarij suorum suffraganeorum non exemptorum in causis ciuilibus, bonus text. *in cap. quia cognouimus 10. q. 3. & in cap. scitote 6. q. 3. & in cap. sanè, de for. compend.* tradit Genuens. *in sua prax. Archiepisc. cap. 70. num. 1.* vbi multa scribit de potestate Archiepiscopi, Sbrocius *de officio Vicarij, lib. 2. quaest. 58. num. 1.* Zerol. *d. pract. 1. p. verbo appellatio, versic. ad decimum sextum, & 2. p. verbo Archiepiscopus*, Couarr. *pract. quaest. cap. 9 num. 2.* Panorm. *in cap. antiqua, num. 3. de priuileg. & in cap. nullus, num. 2. de iure patron.* cum aliis, iuncto Concil. Trident. *sess. 24. cap. 5. de reformat.* ex cuius dispositione causae criminales grauiores contra Episcopos ab ipso tantùm Summo Pontifice cognoscuntur & terminantur. 3

Tertiò, quia Archiepiscopi vocant suffraganeos ad Concilium Prouinciale, ad quod ire tenentur, & in eo praesunt & dicuntur capita Concilij, ex eod. Genuense *d. cap. 70. num. 12* Concil. Trident. *cap. 2. sess. 24. de reform.* Nauarr. *Concil. 6. tit. de maior. & obed. num. 1. lib. 1.* Archiepisc. Brachar. *in cap. 1. num. 1. distinct. 18.* 4

Quartò, quia Archiepiscopi dicuntur patres Episcoporum, qui illis obedientiam & reuerentiam praestare debent, idem Genuen. *d. cap. 70. in fine*, & etiam vocantur maiores ex text. *in cap. multis*, iuncta glossa *verbo ad maiorem, 17. distinct.* & tandem quòd praecedant Episcopos, docet Cassan. 5

*d.catal.& 4.p consid.*20. tanquam habentes maiorem iurisdictionem & Dignitatem, & plura priuilegia relata per d. Genuens.*vbi suprà*, nil ergo mirum si Episcopos suos subditos præcedant,quod etiam colligitur ex eod. Concil.Trid. *d.sess.*24.*cap.*3.vbi post Archiepiscopos numerantur Episcopi, & ex ordine Literæ arguitur prælatio ex his quæ suprà *quæst.*1.*num.*3.annotaui,& amplius idem comprobatur,quia Archiepiscopi successerunt in loco Sacerdotum Gentilium, qui vocabantur Archiflammines, Cæsar *d.* §.1.*n.*5. Barb.*in Pastoral.tit.*1.*cap.*7.*n.*1.*&* 2.& erant in secundo gradu & ante alios Sacerdotes dictos Flammines, in quorum numero positi fuerunt Episcopi,vt probat text.*in cap.*2. 80.*distinct.*& *ibi* scrib. Boër.*d.tract. de auctor.mag. consi.n.*54. *& n.*52. quòd Archiepiscopi similes sunt Præsidibus Prouinciarum, & Episcopi defensoribus ciuitatum, & ita ex omni parte sunt illis superiores.

6 Limitatur tamen hæc conclusio, vt non procedat in pertinentibus ad Episcopos in suis Diœcesibus tanquam patres earum, veluti in administratione Sacramentorum & exercitio Pontificalium, visitatione,& similibus,quia in his rebus Archiepiscopi & Episcopi pares sunt, cùm illis in suis Diœcesibus quilibet vtatur, & data hac paritate,quisque in suo territorio maior est altero, Glossa *verbo potest in l.apud eum,ff.de manumiss.* Boër.*d.tract. & n.*54. & colligitur ex eodem Cassan.*d.*4.*part.consid.*21.& ex Couarr.*pract.q.d.cap.*9. *num.*2.*vers.his accedit*, D.Ian.de Solorcano *in dicta allegat. super præcedentia in fauorem Concily Supremi Indiarum,num.* 92. cum Besoldo *dissert.de præcedentia,cap.*3.*num.*5.& retuli *suprà quæst.*1. *num.*14. & probatur ex Ceremon.Rom.*lib.*1.*cap.*23.*fol.* 40. Vbi Episcopus proprius thurificatur ante Archiepiscopum, & Episcopum hospites, quando omnes præsentes sunt in vesperis & missa solenni; & ratio etiam est, quia in loco administrationis adhuc minor præfertur, nedum æquali;verum maiori, vt in exemplo Ceremonialis;& probatur amplius exemplo Archidiaconi, qui in administratione præfertur Archipresbytero in ordine maiori, vt dicam *quæst.*5.*num.*8.Cassan.*d.*4.*p.consid.*44. Gama *d. cis.*1. *n.*46. *& seq.* Felin.*d. rub. de maior. & obed.* faciunt alia exempla de hoc

hoc, vt ſuprà *quaeſt.* 1. *num.* 14. *& quaeſt.* 27. *num.* 8 vbi de Epiſcopis titularibus & populum habentibus, *& quaeſt.* 32. *num.* 2. de Parochis & Canonicis, & ſecundùm Gam. *d. deciſ.* 1. *num.* 46. procedit hæc doctrina etiam in eo, qui vices gerit Adminiſtratoris, vt in adminiſtratione, quam pro illo exercet, præferatur aliis dignitate & ordine maioribus per eandem rationem: ſecus autem in aliis rebus præter adminiſtrationem ſeu iuriſdictionem ex eodem Gam. *dict. deciſ.* 1. *num.* 49. *&* 50. Confirmatur hoc ex diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. circa primam inſtantiam datam ordinariis quam Archiepiſcopus turbare & impedire non poteſt.

Sed inter ipſos Archiepiſcopos quæri poteſt, quis ordo debeat obſeruari: & dicendũ eſt, quod ſi aliqui eorum ſint Primates, ſeu Patriarchæ, præponendi ſunt, veluti Archiepiſcopus Toletanus, qui Primas eſt in Hiſpania, & probatur ex Conc. Gener. 2. *tom.* 2. *p. fol.* 309. Boër. *d. tract. & num.* 54. Homobonus *d. cap.* 6. *in principio*, Archiep. Brachar. *ſuper decreto, diſtinct.* 17. *num.* 3. vbi Primates aliorum Regnorum referunt: ideo ſic dicti Primates, quaſi, qui primas teneant ciuitates, alio nomine Patriarchæ, licèt in ſubſtantia vnum & alterum idem ſit iuxta text. *in cap.* 1. *&* 2. 99. *diſtinct. & cap. vrbes*, 80. *diſtinct.* & conſtat ex dicto loco Concil. General. ſentitque Caſſan. *d.* 4. *p. conſ.* 19 cum aliis traditis per Monet. *tract. de conſeruat. iud. cap.* 5. *num.* 49. *&* 45. Paul. Lancell. *inſtit. iur Can. d. tom.* 5. *in princip.* facit *l.* 9. *tom.* 5. *p.* 1. Et ratio eſt, quia Primatiæ ſeu Patriarchatiæ dignitas maioris excellentiæ altitudine honeſtatur quàm Archiepiſcopalis tantum, & maius illi decus, & reuerentia tribuitur; vnde merito præfertur iuxta text. *in d. cap. fin. de offic. de leg.* & dictum eſt *ſuprà quaeſt.* 1. *num.* 11. 7

Quòd autem Archiepiſcopus Toletanus in Hiſpaniarum Regnis Primatiam teneat, & cæteris Archiepiſcopis in eiſdem Regnis ſit præponendus, præter Homobonum & Boërium proximè relatos ſentiunt Durandus, *tit. de diſpenſat.* §. *ſunt quoque*, Garcia Loayſæ *in not. in decretum Gundemari*, D. Gaſpar de Carrillo de Villalpando *comm. ad conc. cap.* 28. Mariana *de rebus Hiſpan. cap.* 19. Franciſcus de Vargas contra Bracharenſem *tract. de Epiſcoporum iuriſdict.* quos idem 8

 ſentiens

ſentiens recenſet eruditus D. Thomas Tamaio de Vargas Hiſtoriogr. Regius; *en ſus nouedades antiguas de eſpaña, nouedad, ſecta*, & omnes eandem Toletanam Primatiam tam ex anquitate ab Apoſtolorum tempore, Iuliano *in ſua cronica* teſtante, & Franciſo Portocarrero *cap. 1. de la vida de ſan Iſlefonſo in aduerſar*, & Garcia Loayſæ *d. notis ad decretum*, §. 2. *& ſeqq.* quam ex pluribus Pontificum decretis ſuper hac Primatia editis & Conciliorum teſtimoniis probare contendunt, refert etiam in Toletani fauorem, quòd dicatur Patriarcha & Primas, & habeat priuilegia quatuor Patriarchis conceſſa, & Cancellarius maior Caſtelliæ dicatur, & ſedeat primus poſt Regem, Alcedo *in prax. Epiſcop. cap.* 10. *num.* 42. 44. *&* 48. *& aliis*, ad idem Narbona *de appellationibus*, *p.* 2. *num.* 1. *in primo fundamento*, *& num.* 32. 33. *&* 34.

9 In contrarium verò aliqui ſurrexerunt Archiepiſcopi, quos refert idem Narbona *d. tract. in ſecundo fundamento*, *n.* 7. quorum Bracharenſis in Luſitaniæ Regno firmiùs & conſtantiùs præfatam poſtulat Primatiam, & pro ea nouiter ſcripſerunt Barboſa *in d. paſtorali*, *tit.* 3. *cap.* 8. *per totum*, Sebaſtianus Cæſar *de Eccleſiaſtica hierarchia*, *diſputat.* 4. §. 5. cum Bernardo de Britto *de Monarchia Lucitana*, D. Rodericus de Acuña, nunc ipſe Archiepiſcopus Bracharenſis *in* 1. *part. decreti Gratiani in cap. Prouinciæ*, *num.* 1. *diſput.* 99. vbi idem ſentit pro Eccleſiæ ſuæ Primatu, & pro eo aliquid meditari inpoſterum comminatur, eundem verò Thomam tanquam Toletano ſolo natum in ſua ſententia ſuſpectum exiſtimat, quòd pro patriæ ſuæ honore velit decertare, cùm venerabilis Præſul animaduertere deberet prædictos Barboſam & Cæſarem eodem ſuſpitionis morbo in ſuis aſſertionibus laborare, vt ille de ſe fatetur *d. c.* 8. *n.* 4. *&* 85. & hic tanquam Luſitanus & eidem venerabili Præſuli & Eccleſiæ Bracharenſi nimium affectus velut talis loquitur *in d.* §. 5. *num.* 83.

10 Ego verò dum hanc contentionem æquanimiter contemplarer, reperio pro Eccleſiæ Toletanæ Primatu iudicatum fuiſſe per Romanos Pontifices, Vrbanum Paſcualem, Ielaſium, Innocentium, Cæleſtinum, Lucium, Eugenium III. Hadrianum IV. Vrbanum III. Cæleſtinum III. Honorium & Gregorium, Martinum V. quorum aliqua

aliqua verba referunt præcitati Thom. & Garc. Loaysæ & Narbona *d. num. 33. vbi suprà* Insuper quod est fortius, sententiam pronunciauit Iacintus in Hispaniam Cardinalis legatus in fauorem eiusdem Ecclesiæ Toletanæ contra Præsulē Compostellanum imposito eodem præcepto Bracharensi Archiepiscopo, vt ipsi referūt: quid ergo super iam iudicatis & præceptis restat inquirendum & dubitandum? Nec ad rem facit, quod pro Primatu Bracharensi adsint Bullæ, vt ait Cæsar supradictus *vbi suprà n. 53. & 76.* quia si adessent, ipse verba & tenorem indultorum referret pro suæ sententię comprobatione, quod cùm non appareat, infirma remanet eorum superficialis allegatio, eo maximè, quia hęc tantum ad illud tendit, quòd Pontifices Primates appellarunt Archiepiscopos Bracharenses, quo non concesso, si verum est, multum distat simplicis enunciatio à neruosa & speciali Ecclesiæ Toletanæ declaratione in prædictis Bullis ad litteram narrata & contenta; hæc enim ius facit, & præceptum specialiter imponit, & dubium super Primatu tollit; illa verò, cùm solùm enunciet, & narret, nihil in esse ponit, nec iudicat; sed tantū refert: nec etiam obstat idem Barbosa, qui *dict. cap. 8. à num. 68. & seqq.* contendit prædictas pro Ecclesia Toletana Bullas Bracharensi præiudicium afferre non posse, quia intelligi debent sine tertij præiudicio, id quod & Vrbanus II. declarauit; nam quomodocunque sit, per easdem Bullas Primatus terminetur, & eo vti potest, quousque per alias is, qui præiudicium sentit, contrarium in sui fauorem possit allegare; plus enim habet, qui iudicium datum habet, quàm qui nullum habet, licet illud possit in spe & in futurum habere: præterquam quod præceptum factum Bracharensi Archiepiscopo per Iacintum Cardinalem legatum eidem super eodem Primatu præiudicium imposuit, quia citatus fuit; & comparere noluit, & sic tacitè præceptum approbauit.

Insuper pro parte Archiepiscopi Toletani negari audio, 11 quòd Bracharensis Madritum aut Toletum erecta Primatiali cruce intrauit aliquando, vti Cæsar ipse *num. 71. 72.* & Barbosa *num. 82. 85.* asseuerarunt; etsi quid simile factum fuit, aut subreptitiè aut inscio Toletano factum creden-

dum, cùm non sit verisimile ius suum adeo firmius & melius amittere voluisse.

12 Rursus affirmat ipse Cæsar *num.*75. quòd Toletanus Aragoniæ Regis filius excomunicationis fulmine interdictus fuit à Tarraconensi & Cæsaraugustano Præsulibus, vt crucem erigeret, & causa cognita per summum Pontificem veniam præstitit Metropolitanis resistentibus, iussitque, vt dum causa penderet, Toletanus, si illac transiret, crucem non erigeret, ita constat, ait Cæsar, ex Annalibus Aragoniæ. 1. *p. vol.* 2. *& 6. cap.* 33. quod accedit anno 1431. *& p.* 2. *lib.* 14. *cap.* 6. sed hoc factum & præceptum Pontificis, cùm durum mihi videretur, prædicta volumina Annaliũ reuoluens, solùm inueni *p.* 2. *tom.* 3. *lib.* 14. *c.* 8. *anno* 1432. quòd Archiepiscopi Toletanus, Cæsaraugustanus & Episcopus Tirraconen. super Primatu Toletano contenderunt, contendentes vltimi Toletanum non vti posse Primatiali præeminentia in suis Diœcesibus, ex eo quod Prouinciæ Metropolitanæ distinctæ erant, nec posse vnum Metropolitanum in alterius Metropoli prælaturam exercere extra suos suffraganeos, quod, loquendo tantum in terminis nudis Metropolitanorum, verum erat, si Toletanus Primas etiam non esset in Hispaniarum Regnis; sed *in d. cap.* 8. *nec in* 33. per Cæsarem allegato nullum verbum continetur de iussu Pontificis præcipiente Toletano, quòd crucem in dictis partibus non erigeret, nec de venia data Metropolitanis resistentibus, inde deficit prædictum Cæsaris fundamentum, nec in aliquo Primati Toletano nocet, imò proficit, cùm saltim constat in Regnis Aragonum eandem Primatialem dignitatem exercuisse, quod causam Præsulibus protestandi & requirendi dedit.

13 Vlterius idem Cæsar *num.*56. *in Concilio Toletano habito anno* 1665. affirmat Prælatos, qui conuenerant Archiepiscopum Toletanum, Primatem dici passos non fuisse; verum in Conciliis Generalibus, vbi omnia Toletana etiam Prouincialia continentur, mentionem non inueni prædicti Concilij habiti *anno supradicto*; & reperta fuerunt varia Concilia Prouincialia, vltimũ *anno* 1473. in loco de Aranda factum in quo Archiepiscopus Alfonsus Carrillo se vocat

cat Hispaniarum Primatem; & sic in aliis, vt ad litteram constat, licet in summario eiusdem Concilij Primatis mentio non fiat, & hoc leue argumentum erat contra Toletanum, cùm casu contigi poterit prædictam mentionem omitti; secus esset, si conante Toletano cæteri contradicerent Prælati, quod præterquam, quod non inuenimus in Concilio vltimo, minimè per Toletanum supportandum erat nec credendum.

Deinceps ipse Cæsar *num.* 40. *contra Priuilegium Vrbani Toletano datum de nullitate*, dicit ex eo quòd die, indictione & subscriptione careat; ego verò cùm originale non viderim, dicere solùm valeo Garciam Loaysæ in dictis notis eiusdem priuilegij litteram transcripsisse, in qua dies, indictio & annus continetur, vt constat *in dictis notis*. §. 5. quæ habentur *in 2. tom. part. 2. Conciliorum Generalium*, vbi etiam Lucij priuilegium cum eisdem solennitatibus refertur; constat etiam prædicta priuilegiorum instrumenta Authentica esse in litteris Ioannis Regis in gratiam Alfonsi Carrillo datis contra Episcopum Burgensem vti refert idem Loaysa *d*. §. 5. & refert Narbona *d. tract. de appellat. part.* 2. *in primo fundamento, num.* 33. si enim prædicta instrumenta relatis solennitatibus caruissent, Authentica appellari non possent per Dominum Regem Iaonnem in eius litteris, in quibus ipse Rèx etiam de visu testatur Toletanum Primatia vsum fuisse in Hispaniarum Regnis dum secum itineraret, & constat insuper *ex dict. cap.* 8. *Aragoniæ Annalium*, vnde affirmare non potest ipse Cæsar *num.* 42. *&* 43. prædictum Vrbani priuilegium vsu receptum non fuisse, & excluso Vrbani priuilegio, non inde cætera Pontificum aliorum excluduntur, quorum vsus & etiam Vrbani hucusque in fauorem Toletani durat. 14

Circa testimonia Conciliorum pro parte Toletani, qui in illis præfuit, & primò subscribsit, disseruerunt idem Garcia Loaysæ *in suis notis*, §. 3. & Thomas relatus *in sua nouitate antiqua* 6. vbi respondent contrariis, in quibus nituntur idem Barbosa *d. cap.* 8 *num.* 60. & Cæsar *d*. § 5 *n.* 23. ideo hic easdem considerationes repetere superfluum erit. 15

Illud etiam argumentum à Cæsare relatum *num.* 58. ex 16

D quibusdam

quibuſdam Dextri verbis, vbi ait, quòd Apoſtolus S. Iacobus primum Bracharæ reliquit Epiſcopum, parum pro ea concludit, cùm etſi in Bracharenſi Eccleſia primum Epiſcopum conſtituerit, non inde primum fuiſſe reſpectu Eccleſiæ Toletanæ concludenter arguitur, cùm à diuerſis illatio non fiat. *ex l. Papinianus, ff. de minoribus.*

17 Hæc omnia pro noſtro Toletano Primate, licet eius iudex & Vicarius non inæquali animo perpendere conſtitui, veritate ſupradictorum rationabiliter fretus, addens, quod licet prædicti Barboſa & Cæſar arguant de Eugenio, quod fuerit primus Archiepiſcopus Toletanus, & quòd tam in Eccleſia Brachar. adeſſet Epiſcopus Petrus, ex eodem Thomas Tamaio Regio Hiſtoriagr. *vbi ſuprà* liquidò apparet ante dictum Eugenium Elpidium etiam Archiepiſcopum fuiſſe in Toletano Primatu, quo prædictorum conſideratio ceſſare videtur.

18 Si autem Archiepiſcopi, de quorum præcedentia tractatur, non fuiſſent ambo Primates ſeu Patriarchæ, ſed ſimpliciter Archiepiſcopi, tunc ille clarior, & dignior erit, qui maiori Patriarchæ ſubditus fuerit: ideo præferuntur primò Archiepiſcopi ſubiecti Patriarchæ Conſtantinopolitano, qui dignior eſt, omnibus aliis: deinde qui ſubſunt Alexandrino Patriarchæ, poſtea Antiocheno, demum Hyeroſolimitano, vt cum aliis eleganter conſiderauit Decian. *reſp.* 50. *num.* 32. *vol.* 4. *& reſp.* 19. *num.* 210. *vol.* 3. Leo *in ſuo theſaur. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 27. *&* 28. Moneta *dict. cap.* 5. *num.* 46. vbi hos quatuor Patriarchas præcipuos vocauit: & probatur per text. *in cap. deffinimus*, 22. *diſtinct.* & hac ratione: quia quemadmodum præclarior altero ille eſt, qui dignitatem accepit à maiori habito reſpectu ad illum, vt ſuprà notatum fuit *quæſt.* 1. *num.* 20. veluti Canonicus, qui accepit Canonicatum à Summo Pontifice, & tradit Menoch. *dict. conſ.* 51 *num.* 30. loquendo de Archidiacono & de Doctore: ſic etiam inter ſubditos dignior vocatur ille, qui maioris ſubditus fuerit, habito reſpectu ad maiorẽ ſeu Prælatum. cùm ſubditi de excellentia Domini participes fiant, & ideo Eccleſiæ Cathedralis authoritas cæteris præeminet propter caput ipſius, quod eſt Epiſcopus, vt *in q.* 24. *n.* 1. annotabitur.

Verum,

Verum, si quæstio sit inter Archiepiscopos, Primates seu ciusdem Patriarchæ subbitos, præcedet ille, qui aliquod priuilegium, exemptionem, dignitatem seu officium præter Archiepiscopatum habuerit; vt Archiepiscopus Burgen. qui Regalis Castellæ consilij Præses fuit, vel quid simile: quia ratione huius qualitatis, priuilegij, seu exemptionis, maioris authoritatis & præeminentiæ meritum acquirit, veluti Archiep Mediol. qui ex prærogatiua sedis præcedit Rauenatem & Burdegalen. vt pluribus allegatis ostendunt Boër. *dict. tract. num.* 60. Cassan. *d* 4 *p. consid* 21. Tandem data iterum paritate, recurrendum erit primò ad antiquitatem promotionis, idem Boër *d. num.* 69. quia dignior iudicatur, in quo dignitas antiquior elucet, Crauett. *cons.* 489. *num.* 8. *&* 10. Nauarr. *cons.* 5. *num.* 2. *tit. de maior. & obed. lib.* 1. Menoch *cons.* 125. *num.* 30. *& cons.* 257. *num.* 14. Secundò ad gradum. Tertiò ad virutem. Quartò ad nobilitatem, vt *suprà quæst.* 1. in Abbatibus consideratum est. 19

In electione autem Archiepiscoporum si quæratur, quis præferri debeat, dicatur, vt *infrà quæst.* 25. 20

QVÆSTIO V.

De pracedentia Archidiaconorum.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus dicitur maior post Episcopum, & eius Vicarius & oculus.*
2 *An pracedant Decanos?*
3 *Decani dicuntur habere maiorem dignitatem post Pontificalem.*
4 *Resoluitur quæstio iuxta consuetudinem.*
5. *Quid si consuetudo deficeret?*
6 *Quid de rigore iuris?*
7 *Declaratur Lucas de Peña.*
8 *An Archidiaconi præcedant Vicarios Episcoporum?*

 9 *Resoluitur*

9 *Resoluitur.*
10 *An valeat consuetudo, quod Vicarij ab Archidiaconis praeferantur?*
11 *Declarantur dicta de Vicariis.*
12 *An Archidiaconi praecedant Archipresbyteros?*
13 *Limitatur, quod in proxima quaestione resoluitur.*
14 *Archidiaconus praecedit Praepositum.*
15 *Item praefertur Praecentori & Succentori.*
16 *Item Sacristae & Custodi.*
17 *Item Canonicis.*
18 *Inter ipsos Archidiaconos & in eorum electione quis praeferatur?*

1 IN hac quaestione de tribus inuenio posse disputari. Primum, an Archidiaconi praecedant Decanos, vel econtra? Secundum, an praecedant Vicarios Episcoporum? Tertium an praecedant Archipresbyteros.

Quoad primum est difficultas; quia Archidiaconus dicitur maior post Episcopum, & eius Vicarius *cap. 1. cap. ad hac*, vbi Canonistae *de offic. Archid.* glossa *verbo electionis in cap. penult. de offic, leg. in 6.* Caesar *de Ecclesiast. hierarch. q. 2. proaem. §. 2. n. 8.* Sbrocius *de officio Vicarij, lib. 1. q. 37. num. 6.* Ascanius *de iure Abbatum. tom. 1. disp. 25. q. 4. num. 1.* Barbosa *Collectan. ad decretal. in cap. 1. n. 1. de officio Archid.* Menoch. *d. consf. 51. num. 20. & d. consf. 257. num. 21.* & de iure communi dicitur maior Dignitas post Episcopalem, Bald. *consf.* 187. Archidiaconus *lib. 1.* bonus text. *in cap. perlectis, 25. dist.* vbi post Episcopum tractatur de officio Archidiaconi bona etiam Decis. Grammat. 64. *num. 2.* & dicitur quoque oculus Episcopi Concil. Trid. *sess. 24. cap. 12. de reform.* Barbosa *in cap. 7. eod. tit. in dictis collectan.* in eo videri eo quod ab ipso nunciantur Episcopo excessus Diaconorum iuxta text. *in d. cap. perlectis 25. distinct.* & alia multa tradunt de Archidiaconis Syluest. *in sum. ver. 6. Archidiac.* Decian. *resp. 66. n. 4. vol. 2.* Bertachin. & Tuschus *in eodem verbo*, Zerol. *in pract. 1. & 2. p. in ipso verbo* Hostiens. *in sum. tit. de offic. Archidiac. sum.* Angel. *in d. verbo.* Riccius *d. praxi fori, & tit. prax. Praecedent. decis. 581.* Grammat *d. decis. 64. num. 17. & seqq.* Sarmient. *select. interpret. lib. 3. cap. 15. num. 1. & 2.* Monet. *de conseruat. iud.*

cap. 5.

*cap.5.num.*88. Barboſa *d.collectan.ad decretal.in cap.2. num. 2. de officio Archidiaconi.*

Ex quibus videtur, quod præcedant Decanos, cùm ſint maiores poſt Epiſcopos; ſic argumentatur idem Menoch. *d.conſ.*51.*num.*20.Caſſan.*d.*4.*p.conſid.*39. & apertius probatur ex Rota, vt per Farinac *deciſ.*865.*num.* 1.*in nouiſſ. Ciuil. penult.* vbi dicitur Archidiaconos habere primam dignitatem in Eccleſia poſt Pontificalem, Boër. *d.tract. de auctor. mag. Conſ. num.*75.Caſſan.*d.*4.*p.conſid.*40. 2

Ex aduerſo autem Decanus dicitur habere maiorem dignitatem poſt Pontificalem, & ſic eſſe primus poſt Epiſcopum iuxta ſententiam eiuſdem Caſſan. *d.* 4. *p. conſid.* 37. qui in hac materia aliquantulum confusè loquitur, idem Menoch.*d.conſ.*257.*in princ.& num.*6.Boteus *d.tract.de Synodo,* 3.*p.num.*26. Rota *deciſ.* 402. fuit dubitatum in nouis bonus text.*in cap. ex parte*, ibi: *Decani & Capituli*, &c.*de reſcript.*Barboſa *d.collect.ad decretal.in cap.*1.*num.*3.*de officio Primicerij*, cum aliis congeſtis per Boër.*d.tract.num.*72.ibi: *Et videtur quòd Decanus pracedat Archidiaconum ex ſupradictis*, &c. Cęſar *de Eccleſiaſt.hierarchis,diſput.*12.§.1.*num.*3. 3

Quid autem erit tenendum; ego video receptum eſſe fere in omnibus Eccleſiis Hiſpaniæ, quòd Decani primas ſedes habeant poſt Epiſcopos; item audiui in Eccleſia Maioricen. Archidiaconum eſſe primum & ante Decanum, & forſan ſic erit in aliis Eccleſiis: vnde tutius erit conſuetudinem obſeruare, & ad illam huius dubij reſolutionem remittere ſecundum eundem Caſſan. *d.*4.*p. conſid.*37. *in fin. & conſ.*39.& quia dignitas conſuetudine acquiri poteſt, Farinac.*d.deciſ.*865 *num.*2. Caſtrenſ.*conſ.*66.*num.*4. *lib.* 1. Grammat.*d.deciſ.*64.*num.*5. per text. *in cap. conſuetudo*; 12. *diſt. & in cap.cum olim de conſuet.* Innocent. *in cap. de multa*, *num.*6.*&* 7 *de prabend.*& ibi Panorm.*num.*22. Tiraq.*de nobilit. cap.*10. *num.*7. cum pluribus relatis, Luc.de Peña *tit.de dignit.num.*1. *verſiculo item poteſt eſſe dignitas,lib.*11. Archidiac.*in cap.*1 *num.*2 *de conſuet.in* 6.per text.*in l.de quibus*, §.*inueterata,ff.de legib.* Alex.*conſ.* 77.*num.*5.*vol.*2. Monet.*de conſer.iud. cap.*5. *num.*84. & quia hic ordo præcedendi inter Dignitates variatur pro locorum diuerſitate; in aliis enim Eccleſiis nulli ſunt Archidiaconi; 4

sed primum locum post Episcopos tenent Decani, sicuti in Ecclesia Laudensi *cap.ex parte Decani de rescript.* in aliis autem nulli sunt Decani, sed Praepositi tenent primum locum, vt in Ecclesia Taurinensi, verba sunt eiusdem Bor. *d.tract.& num.26.* igitur consuetudo attendatur, de qua latius infrà *quaest.18.*

5 Verùm, si talis consuetudo deficeret, vtpote si Ecclesia Chathedralis nouiter erecta fuisset, dicerem ego attendendam esse litteraturam erectionis: si enim in ea summus Pontifex, dum de Dignitatibus erigendis agit, primò Archidiaconum aut Decanum in dicta Ecclesia Cathedrali, aut Collegiali constuit, tunc ille prius nominatus, ratione prioris nominationis argumento quo suprà *quaest. 1. num. 3.* ius acquireret in causa praecedentiae.

6 Et(si possibile aut credibile esset)quòd in litteris erectionis ordo Dignitatum, quae eriguntur, non sit explicitus; crederem in hoc dubio esse pro explicatione ad eundem S.Pont.recurrendum, vt ex ea iurgia praecedentiarum euitentur; aliàs enim iuris rigore tantùm attento, in quaestione praesenti pro Archidiacono concluderem, cùm de iure tam prima Dignitas, quàm Episcopi Vicarius & eius oculus dicatur cum caeteris relatis suprà *num.1.*& Decanus nunquam legitur, quod sit talis Vicarius & oculus; imò illam dignitatem non esse de iure communi aliquis asserere non renuit, vt infrà dicam *quaest.21.num.3.*

7 Ex praedictis venit intelligendus Lucas de Penna *lib.12. tit.26.de Decanis*, dicens, quòd Decani & Archidiaconi videntur aequales, nam haec aequalitas prouenit ex eo, quòd in aliis Ecclesiis Decani, in aliis Archidiaconi primam obtinent dignitatem, & adhuc de iure dicuntur illam obtinere, vt retuli suprà *num. 1. & 3.* non autem poterit Lucae dictum in vna Ecclesia tantùm intelligi; quia Archidiaconus & Diaconus nunquam poterunt aequales haberi, nec vocari in punctis praecedentiae: si enim alter incederit, seu sederit ad dextram, à fortiori dicetur potior & prior, cùm manus dextra praecedentiam assignet, vt tetigi suprà *quaest. 1.num.16.*& tradit Grammat.*d.decis.64.num.24.*Barbosa *in pastorali, tit.3.cap.8.num.62.* praeterquam quòd in vna Ecclesia,

in qua simul Archidiaconus, & Decanus adsunt, vel consuetudine vel priuilegio statutum est, quis eorum prior censeatur, & primam habeat dignitatem: atque ideo non poterunt æquales appellari, nec videri, vt existimat Luc. de Pen. cuius dictum in diuersis Ecclesiis, non in vna tantum intelligi debebit.

Quoad secundum pro parte Archidiaconorum, quod 8 præcedant Vicarios, est integrum cons. Menoch. 51. *vol.* 1. & ferè etiam integrum cons. 157. *n.* 1. *& seqq. vol.* 3. cum pluribus rationibus & DD. per eum in hanc partem adductis.

Pro parte autem Vicariorum faciunt plura relata tanquam obstantia per dictum Menoch. in dictis consiliis, inter quæ est cons. Panorm. 21. *lib.* 1. & in eorum fauorem sentiunt Seraphin. *decis.* 639. *num.* 10. Zerol. *in pract. Episcop.* 1. *part. verb. Vicarius*, §. 15. cum multis relatis Rebuff. *in prax. tit. de Vicar. Episcop. num.* 7. Boteus *d. tract. de Synod.* 3. *part. num.* 20. 21. *&* 23. Felin. *in rub. de maior. & obed. n.* 10. *vers. non valet consuetudo*, Panorm. Ias Roch. de Curt. per dict. Rot. allegati, qui amplius sentiunt non valere consuetudinem contrariam, Sbrocius *d. quæst.* 25. *num.* 5. Card. Tusch. *d. verb. Archidiac. n.* 21 Ioann. de Annono *singul.* 28. *inter singularia DD.* 2. *tom. fol.* 79. vbi Archidiaconos, qui Vicarium præcedere contendunt, vocat temerarios, & arrogantes, Cassan. *d. catal. &* 4. *p. consid.* 46. Sbrocius cum pluribus *de officio Vicarij, lib.* 2. *quæst.* 25.

Puto in hoc dubio inprimis attendendam esse consue- 9 tudinem, & ea cessante esse distinguendum, vt in choro, & actibus publicis, in quibus capitulariter incedendum est, Archidiaconos Vicarios præcedant per rationes doctè à Menochio consideratas *vbi suprà*, qui loquitur in his terminis, constat *in d. cons.* 51. *num.* 16. *& d. cons.* 157. *num.* 1. & quia in talibus actibus conueniens videtur, vt post Episcopum, qui est caput Ecclesiæ, aliqua persona de membris huius capitis subsequatur, instar resolutionis suprà habitæ in Abbatibus *quæst.* 1. *num.* 6. At verò cùm vti singuli Archidiaconi & Vicarij incedunt, non dubito, quin Vicarij præferantur: quia negari non potest Vicarios Episcoporum esse iudices Archidiaconorum, & cæterorum de Capitulo, vt fatetur idem Menoch. *d. cons.* 51. *num.* 17. &

probatur

probatur ex Concil Trident. 25. *cap. 6. de reformat.* ibi: *vel eius Vicarij*, & quis ita stultus, & imprudens erit, vt subditum iudici suo præponendum affirmet, & hoc vidi ego in praxi obseruari in Ecclesia Segob. vbi cùm essem Vicarius Generalis præcedebat me in choro Archidiaconus illius Ecclesiæ; extra autem ego omnes præcedebam, cùm vti singuli mecum ambulabant.

10 Circa tamen illud, nempe non valere consuetudinem, quòd Vicarij ab Archidiaconis præferantur, respondet Nauarr. *cons. 1. tit. de maior. & obed. n. 3. lib. 1.* vbi defendit talem consuetudinem, nec iuri naturali, nec diuino aduersari, & quod sufficit, quod cõsuetudo aliquo respectu sit rationabilis, licèt nõ omni respectu, & casu; quòd talis consuetudo non valuisset, debet intelligi, quando Archidiaconi & Vicarij singulariter incedunt: non autem quando in actibus publicis capitulariter omnes de Ecclesia concurrunt, tunc enim iam est ratio, & respectus aliquis propter quem Archidiaconi præferantur, & cum illo sit rationabilis consuetudo, quæ præscripta valet contra quodcunque ius humanum, vt asserit idem Nauarr. *dicto loco*, & infrà dicetur *quaest. 18. num. 11. & seqq.*

11 Hæc autem, quæ dixi, intelligenda sunt de Vicariis Generalibus Episcoporum, & etiam de Vicariis foraneis cum vniuersali causarum delegatione constitutis, si intra suæ iurisdictionis terminos Ecclesiam Cathedralem seu Collegialem sibi subditam, & earum Dignitates & Canonicos habeant, iuxta id quod infrà scribam *quaest. 52. num. 12. vers. si tamẽ*, quod similiter practicatum vidi in oppido Talaueræ cùm ibi essẽ Vicarius foraneus cum generali iurisdictione pro Serenissimo Cardinali Infante: nam in choro Ecclesiæ Collegialis Decanus tantum præcedebat Vicarium tenens primam sedem à manu dextra, & ille primam etiam à manu sinistra, extra chorum verò Vicarius omnibus de Capitulo præstantior erat: secus autem de Vicariis mere Pedaneis, qui nullo modo Archidiaconis præferendi erunt: imò nullis aliis Dignitatibus seu Canonicis de Capitulo, siue vt singuli, siue coniuncti considerentur, cum tales Vicarij nullam prorsus habeant Dignitatem, nec fere iurisdictionem,

seu

nisi limitatam in ciuilibus, seu ad aliquam inquisitionem, seu probationem summariam in criminalibus, quae illis datur per Episcopos taxatiuè, de quibus Vicariis dicam infrà *d. quaest.* 52. *n.* 11. an autem idem dicatur de Vicariis electis à Capitulo sede vacante videatur *in eadem quaest.* 52 *n.* 8.

Quoad tertium video omnes DD. in vnum conuenire: 12
nempe Archidiaconos praecedere Archipresbyteros in iurisdictione, & administratione, Staph. *de liter. grat. de prarogat. expectant. num.* 17. Barbosa *in dictis collect. in cap.* 1. *num.* 3. *de officio Archipresb.* & in hoc dicunt procedere iura *in cap.* 1. *cap. ad hac & caeteris in tit. de offic. Archidiac.* Caesar *d. tract. de Ecclesiast. hierarch. disput.* 12. §. 1 *num.* 3. *& sequentibus*, vbi aliqua antiquata Archidiaconorum priuilegia recenset; econuerso autem Archipresbyteros praecedere Archidiaconos in diuinis iuxta text. *in cap.* 1. *cap. officium & caeteris seqq. de offic. Archipresb.* docet Gam. *d. decis.* 1. *num* 47. & Felin. *d. rub. de maior. & obed. num.* 1. Menoch. *d. cons.* 52. *num.* 100. *& cons.* 51. *num.* 56. *vol.* 1. & colligitur ex Hostiens. *in sum. d. tit. de offic. Archid. num.* 4. *&* 5. *in fin. & in tit. de offic Archipresbyt. num.* 2. expresse idem Cassan. *d.* 4. *p. consid.* 44. Contelorius *de pracedentia, num.* 63. Barbosa *in d. cap.* 1. *num.* 3. Dec. *in d. cap. sanè, num.* 18. *de offic. deleg.* vbi amplius dixit, quòd maioritas Archidiaconi respectu administrationis praeualet, & attenditur; quasi dicat, quòd magis in consideratione est maioritas Archidiaconi, non tamen excludendo maioritatem Archipresbyteri in ordine & diuinis, Card. Tusch. *d. verb. Archidiaconus, num.* 12. 13. *&* 14 cum Barbat. *cons.* 5. *num.* 18. *lib.* 2. idem Dec. *cons.* 420. *num.* 1. *&* 4. *vol.* 2. vbi resoluit custodiam S. Sacramenti in die Iouis hebdomadae sanctae pertinere ad Archidiaconum tanquam Vicarium Episcopi, & cui solicitudo Ecclesiae incumbit, & maiorem Archipresbytero in administratione, & quia custodia praedicta separata est à cura animarum, quae ad Archipresbyterum pertinebat; ad eandem distinctionem Bald *cons.* 338. Archidiaconus habet *lib.* 3. Riccius *d. prax. for. & tit. prax. praced. decis* 581. *in fin.* glossa *verb. subesse, in cap.* 1. *de officio Archipresb. & in cap. penult. de offic. leg. in* 6. *verbo electionis, & in cap. statuimus de maior. & obed. gloss. finali.* Genuens. *in prax. Arch. episcop. cap.* 52. *num.* 1.

13 Limitatur hæc resolutio, & distinctio eo casu, quo Archidiaconus esset Presbyter: tunc etiam posset esse maior Archipresbytero in ordine, & diuinis, nempe cantando missas solennes in Ecclesia Cathedrali, quod spectabat ad Archipresbyterum, & in eo erat maior Archidiacono, qui de sui natura non est Presbyter, sed quasi Princeps Diaconorum, Grammat. *d. decis. 64. num.* 18. ideo illi solicitudo seu exercitium in ordinibus tributa non fuit: si tamen ex voluntate Presbyter esset, posset tale exercitium habere, & erit maior Archipresbytero in vtroque tam in administratione, quàm ordine, sic declaratum fuisse ab Ill. R. Cardinalibus Congreg. Sacr. Rit. pro Archidiacono Regien contra Archipresbyterum eiusdem Ecclesiæ testatur plures referens idem Tusch. *eod. verb. Archidiaconus, num.* 15. *&* 16. idem Genuens. *d. prax. & cap.* 52. *num.* 1. vbi refert verba declarationis Cardinalium Congregationis Rituum per Tuschum præallegatam, simul cum aliis declarationibus eiusdem Congregationis.

14 Præter casus suprà dictos, in quibus maior est difficultas, præcedit etiam Archidiaconus Præpositum, id est, Priorem, & qui Prioratus curam habet iuxta textum *in cap. quãuis, de verbor. signif* & ibi Panormit. & cæteri scrib. docet Felin. *d. rub. de maior. & obed. num. 4. ad medium.* cum Bald. *cons.* 338. Archidiaconus habet *lib* 3. Boër. *d. tract. de auctor. mag. Cons. n.* 70. vbi etiam id defendit, nisi sit consuetudo contraria, cuius virtute fieri potest, vt Præpositus præcedat Archidiaconum cum Ioan. Andr. Domin. & Rota per eum relatis, idem sentit Cassan. *d. 4. p. consid.* 41. *in fin.* vbi refert exemplum in Ecclesia Hæduen. ad idem Sbrocius *de officio Vicarij, lib. 1. cap.* 25. *num.* 20. & quamuis Boër. *d. loco* alleget bonum textum pro hac sententia *in cap. perlectis, §. hi sunt,* 25. *distinct.* ego tamen illum considerans, non inueni, quòd vllum verbum loquatur de Præposito Archidiacono postponendo cessante consuetudine.

15 Item præfertur Archidiaconus Primicerio, hoc est, Cantori, Præcentori, Chabiscolo, seu Magistro Scolarum, vocatur Hispano nomine, *Chantre o Maestreescuelas*, cuius officium in ordinando officio diuino est esse primus in cantu,

tu, aliis consistit iuxta tex. *in d.cap.perlectu,vers.ad Primiceriũ,* & ibi Archidiac.*num.18.& in cap.1.de offic.Primic.* & ibi scrib. Hostens.*d.sum. eodem tit.* Barbosa *in collect. ad decretal. in cap.1. num. 2. eodem tit.*& quòd Archidiaconus præferatur Primicerio est tex.expressus *in d.cap.1.de offic. Primic.* ibi; *vt Primicerius sciat se esse sub Archidiacono*, &c.idem dicat Boër. *d.tract. num.75.*cum aliis ibi relatis, Bot. *d.tract.de Synodo, 3part.n.26.* etsi præferatur Præcentori,consequenter præferendus erit Succentori, qui est sub illo tanquam locumtenens, de quo dicitur *in cap. inter dilectos de excess. Pralat.* per argumentum vulgare:*si vinco vincentem te*, &c. & de Cantore & eius Dignitate aliqua docet Cassan.*d.4.part.consid* 42. ex quo colligitur quædam prædictorum limitatio, nempe nisi adsit consuetudo, quæ potest inducere, vt Cantor præferatur Archidiacono, & Cantoria sit prima Dignitas,& dicam latius *quæst.30.num.6.*

Item præfertur Sacristæ & Custodi iuxta text. *in cap.1.* 16
de offic.Sacrist.& in cap.1.de offic. Cust. tradit idem Boër.*d.num.75.*vbi hoc docet argumento sumpto ab ordine titulorum decretalium, idem Hostiens.*d. sum.tit.de offic.Sacrist.* Bot.*d. num.26.*Euerard.*loc.leg.loc.2.fol.119.*

Item Archidaconus, cùm dicatur prima Dignitas, non 17
est dubium, quòd Canonicos præcedat, & idem fuisset, etiamsi non prima, sed Dignitas tantum esset:cùm is præferendus sit alteri, qui maiorem obtinet Dignitatem iuxta text. *in l. 1. & 2.* cum Gloss.*ibi ff. de albo scriu.*Menoch.*d.consil. 257.num.3.*Felin.*d.rub.de maior.& obed.in princip.*& quia claritas tituli honoris præeminentiam designat, Decian. *d. resp. 19.num.212.& 213.vol.*Cassan.*d.4.part.consid.43.* Felin. *eadem rub.num.12.*cum aliis ad hoc propositum relatis supra *quæst. 1.num.11.*& receptum est in omnibus Ecclesiis, quòd Dignitates Canonicos præcedant, etiamsi antiquiores sint propter maiorem Dignitatum excellentiam & claritatem, quia maior ordine seu dignitate præfertur minori etiam antiquiori, Gam. *d. decis.1.n.48.* præsertim quia Canonici vix in dignitate constitui dicuntur,vt infrà dicam *q.* 10. & sic loquitur Cassan.*d.consil.43.* & similiter constat ex. Ceremon. Episcop. *lib.1.cap.23.fol.40.*ibi:*Tum Dignitates & Canonici,*

nonici, &c. *& cap.* 24. *eiusdem, lib.* §. *postquam vero*, arguendo a b ordine litteræ de quo argumento dixi suprà *quæst.* 1. *num.* 3. *& aliis locis*.

18 Inter ipsos vero Archidiaconos, si de præcedentia tractetur, dicatur vt in prædictis, & de electione ipsorum consulantur infra dicenda *quæst.* 25.

QVÆSTIO VI.

De pracedentia Archipresbyterorum.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyterorum differentia & officia.*
2 *Archipresbyteri Ciuitatenses an pracedant Dignitates?*
3 *An pracedant Decanos?*
4 *An Cantoribus, Magistris Scholarum, Thesaurariis & aliis præferantur?*
5 *Archipresbyteri rurales an habeant Dignitatem?*
6 *Resoluitur.*
7 *Quæ sit eorum præcedentia in suis Ecclesiis?*
8 *Quæ sit in funere?*
9 *Inter ipsos autem & de electione eorum quid sit obseruandum?*

1 Rchipresbyteri sunt in duplici differentia, alij namque dicuntur Ciuitatenses, de quibus loquutus sum suprà *quæst. proxima*, *n.* 12. Alij autem rurales, seu plebani, de primis loquitur text. *in cap.* 1. 2. *&* 3. *de offic. Archipresbyter.* & de secundis text. *in cap. vt singulæ, eodem tit.* & ibi Panorm. & Hostiens. *in summ. d. tit. de offic. Archipresb.* vbi ad longum tractant de eorum officio & potestate, quæ consistit in gerendo animarum curam super omnes Presbyteros, cùm dicantur eorum Principes, & habeant vices Episcoporum, illis absentibus, & Missas solemnes celebrent, & horas Canonicas cantent, & Sacramenta fidelibus ministrent, *d. c.* 1. 2. *&* 3. Cæsar. *d. tract. de Ecclesiast.*

clesiast. hierarch. q. 2. proem. §. 2. n. 9. & disput. 12. §. 2. num. 2. & 5. Ascanius *de iure Abbat. disput. 25. quaest. 4. num.* 3. & hæc de Archipresbyteris Ciuitatens. Rurales autem seu plebani sollicitudinem plebaniæ suæ, tam in rusticos, quàm Sacerdotes in diuinis, & vitæ circunspectione gerant *d. cap. vt singula*, & *ibi* Panorm. & Hostens. *vbi suprà*, Syluest. *in sum. d. verb. Archipresbyter*, & cæteri DD. suprà *in d. quaest. proxima, num.* 12. relati, facit quædam declaratio S. Congreg. Concil. relata per Gartian. *de benefic.* 5. *part. cap.* 3. *num.* 90. vbi in vna Burg. refertur, quid ad hos Archipresbyteros in indiuiduo pertineat: & docet Ascanius vbi proximè *num.* 4.

Archipresbyteri Ciuit. cùm sint Vicarij Episcoporum, illis absentibus, & in diuinis habeant plenam potestatem, Menoch. *d. cons.* 52. *num.* 39. *vol.* 1. in illis omnes Dignitates præcedunt, ita vt in ordine maiores Archidiaconis dicantur, nisi hi sint etiam Presbyteri, dixi suprà *quaest. proxima, n.* 13. Boër. *dict. tract. n.* 73. *&* 74. *& litt. D. in additione, verb. tamen in diuinis.* 2

Et præcedunt etiã Decanos ex sententia Felini *d. rub. de maior. & obed. num.* 10. quod vel in diuinis intelligo, vel si extra, solùm de consuetudine probari posse arbitror: nam de iure communi quamuis Archipresb. Ciuit. habeant certam, & indubitatam dignitatem iuxta text. *in cap.* 1. *& seqq. de offic. Archipresb.* & omnes DD. hoc fatentur secundùm Menoch. *d. cons.* 257. *num.* 5. *vol.* 3. *& d. cons.* 52. *num.* 29. *&* 120. *vol.* 1. & Decani nuncupabantur, Cæsar *d. n.* 9. per text. *in c. ad hæc in prin. de offic. Archid.* licet etiã diuersos fuisse gradus Decani & Archipresbyteri, melius *in fin. d. n.* subscribebat ipse Cæsar; Decani tamen etiam de iure comm. & de consuetudine illam habent, & primam post Pontificalem, vt dictum est *d. prox. num.* 3. ideò non procedit, nec potest dictum Felini, nisi adesset alia contraria consuetudo inducens, quòd Archipresb Ciuit. præferendi essent Decanis, vt in Archidiaconis in Ecclesia Padicana testatur Alex *cons.* 142. *num.* 4. *&* 15. *vol.* 6. de qua consuetudine dicatur vt infrà *quaest.* 18. 3

Cæterum, nedum in diuinis, sed & in cæteris præferendi sunt Præpositis, Cantoribus, Primiceriis, seu Præcentoribus, aut Magistris Scholarum, Grammat. *d. decis.* 64. *num.* 30. 4

itémque Succẽtoribus, Sacriſtis, Theſaurariis, Cuſtodibus, & Canonicis, argumento eodem quo ſuprà *quaest. prox. num.* 16 ſumpto ab ordine titulorum decretal. vbi primus eſt de Archipresbyteris, poſtea de Sacriſtis, id eſt, Theſaurariis, & Cuſtodibus, idem Boër. *d. tract. num.* 75. colligitur ex eod. Hoſtienſ. *in ſum. tit. de pœnit. & remiſ. num.* 25. *verſ. cui Archipresbyt.* iuxta ordinem ipſius Euerard. *loco leg. loco* 2. *fol.* 119. Grammat. *d. deciſ.* 64 *num.* 29. *bona deciſ.* 29. Farinac. 585. *num.* 1. & 2. *in nouiſſim. Ciuil. penult.* & quod Archipresbyteri præferantur Canonicis minus dubium eſt, præhabito quòd habent certam Dignitatem, vt dixi proximè *n.* 3. & docent Card. Tuſch. *verb. Archipresb. & concluſ.* 685. *num.* 4. Caſtrenſ. *concluſ.* 66. *num* 4. *lib.* 1. Grammat. *d. deciſ.* 64. *num.* 4. Seraph. *deciſ.* 420. *num.* 2 Monet. *de conſer. iud. cap.* 5. *num.* 89. cum aliis per eum relatis, Riccius *in ſua prax. aurea, reſol.* 287. *num.* 1. docens cum pluribus poſſe Archipresbyteros eſſe exequutores
5 gratiarum Apoſtolicarum, iuxta idem, quod dixi in Archidiaconis Cononicos præcedentibus *d. quaeſt. prox. num.* 17. Cæſar *d. tract. diſp.* 12. §. 2. *num.* 11.

Archipreſbyteri rurales, ſeu plebani, controuerſum eſt, an habeant dignitatem, & quando in plebibus, & Eccleſiis vbi præſunt, habent ſubditos Canonicos, ſeu Collegium, affirmat Caſtr. *d. conſ.* 66. *n.* 4. *lib.* 1. & idem ſi habeant Capellas ſub ſe, iuxta text. *in cap.* 1. *ne cler. vel mon. in* 6. & *ibi* additio Gloſſæ refert Ioan. Monach. qui hoc affirmat, tradit cum aliis Card. Tuſchus *d. verbo Archipresbyter, n.* 12. & 13. tenens Archipreſbyterum habentem Conuentum, Collegium, ſeu Capellas, prærogatiuam, ſeu præeminentiam in Cathedrali, habere dignitatem; aliàs non, & negat Cæſar de Eccleſiaſtica hierarch. *q.* 2. *proœm.* §. 2. *num.* 17. Dec. *in cap. ex parte* 2. *de reſcript. n.* 8. Rebuff. *prax. benef. in pract.* Cancell. Apoſt. *fol. mihi* 408. §. *circa qualitatem*, vbi ex ſtylo Cancell. Rom. ſcripſit,
6 quòd Archipreſbytero rurali non committantur cauſæ Apoſtolicæ, niſi habeat Collegium, & in hũc ſenſum idem concluſit Monet. *d. tract. de conſer. iud. d. c.* 5. *n.* 90.

Ego tamen his non obſtantibus exiſtimo, quòd huiuſmodi Archipreſbyteri rurales ſeu plebani dicuntur eſſe in aliqua dignitate ſaltim largè, etiamſi Conuentum aut Collegium

legium & supradicta non habeant; sed solùm plebem suam & clericos ipsius, quibus præsint. Moueor, quia tales Archipresbyteri habent, qualem iurisdictionem, nedum in sollicitudine & cura diuinorum & plebaniæ, verùm in renunciando Episcopo, & ad illum referendo cuncta, quæ in plebibus acciderint. *d. cap. vt singulæ de offic. Archip.* & glossa *ibi in verb. referant*, quæ sic scripsit: *Præter minora, quæ ipsi Archipresb. determinare possunt, cùm habeant ordinariam iurisdictionem infra de offic. ord. cum ab Ecclesiarum, & infra de consanguin. & affinit. ex litteris*, &c. idem docet Innocent. *in d. cap. vt singula*, ibi; *quod possunt minora negotia definire secundùm ordinationes Episcoporum, cùm sint ordinarij dicti Archipresbyteri*, idem sentit Panorm. *in d. cap. n. 1. §. gloss. pen. oppo.* ibi, *dic, minima decidit, grauiora refert ad hoc de consang. & affin. cap. ex litteris*, &c. cum cæteris scribentibus; si ergo dicti Archipresbyteri sunt Præsides & Prælati & Ordinarij Tusch. *d. verb. Archipresbyter, n. 9.* & possunt minora negotia decidere tanquam iudices habentes iurisdictionem, & grauiora referre, ergo positi sunt in aliqua dignitate, vt expresse docet idem Innocent. *in d. cap. de multa in fine de iudic.* vbi loquendo de officialibus & ministris Ecclesiæ, ait illos habere dignitatem, qui iurisdictionem per text. *in l. 1. ff. de Procurat.* Cæs. Panormit. *in d. cap. de multa, n. 21.* vbi dicit hanc esse communem DD. conclusionem, Archidiac. *in cap. 1. num. 1. de consuetud. in 6.* vbi per text. *in l. vlt. de alb. scri.* affirmat, quod iudex habet dignitatem, Luc. de Peña *in l. iudices, num. 13. C. de dignit. lib. 12.* facit text. *in cap. vt debitus honor, de appellat. & in l. omnem, C. quando prouoc. non est, ne*, Ioan. Gutierr. cum pluribus *lib. 3. practicar. quæst. 17. num. 164.* hoc credo verius, præcipuè cùm nomen dignitatis aliquando largè, aliquando verò strictè sumatur, vt præfati DD. aduertunt, glossa *verb. dignitate, in cap. statutum, de rescript. in 6.* & quia etiamsi quis non habeat iurisdictionem, nec administrationem, sed solùm nomen prælationis, & prærogatiuam in sua Ecclesia, dicitur habere dignitatem iuxta eundem Archidiac. *in d. cap. 1. de consuetud. in 6. num. 2. & 3.* vbi in specie dixit prædictos Archipresbyteros habere dignitatem, Luc. de Peña *d. tit. de Dignit. lib. 12. in rubr. versic. Item quando habet*, Grammat. *d. decis. 64. num. 3.* comprobatur ergo

cx

ex prædictis Archipresbyteros præfatos habere aliquam dignitatem, præcipuè, quia DD. *suprà* relati hoc admittunt, quando Archipresbyteri habent Capellas, seu Capellam, quæ dicitur qualibet Ecclesia Parochialis, videndus Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloss.* 5. *num.* 62. vbi cùm pluribus hoc affirmat: vnde cùm Archipresbyteri sint Prælati Ecclesiæ Parochialis vbi plebs & Sacerdotes sui subditi conueniunt. *d. c. vt singula*, dicendum venit illos habere Capellam & per consequens dignitatem.

7 Vt cumque sit, quòd ad præcedentiam attinet, dicti Archipresbyteri tanquam Prælati præcedunt omnes in Ecclesiis plebis suæ, etiam Rectores Parochialium, Boër. *d. tract. de auct. mag. Cons. num.* 84. & tract. Barbosa *Collectan. ad decretal. in cap.* 2. *num.* 8. *de officio Primic.* etsi ex priuilegio, vel ex consuetudine aut conuentione admissi fuerint ad Cathedrales, habebunt locum & præcedentiam, quam consuetudo, priuilegium aut conuentio ipsis præstauerit.

8 Sed quid erit, si Archipresbyter ruralis, seu plebanus interuenerit in aliquo funere simul cum Presbyteris alicuius Ecclesiæ Collegialis subditis altero Archipresbytero, illo tamen absente, quæri potest, an talis Archipresbyter huiusmodi Presbyteris præferatur? hanc quæstionem ad longum examinat Tiber. Decian. *d. respons.* 67. *vol.* 2. & pro Presbyteris concludit; eo quod procedendo collegialiter, & tanquam vnum corpus, & Vniuersitas, debent præcedere dictum Archipresbyterum etiam maiorem: cum qualibet Vniuersitas sit maior & dignior, quam persona singularis, & quia dicti Presbyteri in actu ad suam Ecclesiam & territorium spectante prælationem respectu aliorum acquirunt, quæ rationes *supra* ad aliud propositum *quæst.* 1. *num.* 6. *& infra quæst.* 32. *num.* 1. *&.* 2. relatæ sunt, comprobatur hæc conclusio ex Boër. *d. tract. num.* 79. vbi ait, quod Capitulum Ecclesiæ maioris debet præcedere Prælatum Ecclesiæ Inferioris Collegiatæ, etiam quando inuitatur ad funus corporis.

9 De concursu autem inter Archipresbyteros dico idem, quòd in prædictis quæstionibus de prælatione in eorum electione videatur *infra quæst.* 18.

QVÆSTIO

QVÆSTIO VII.

De præcedentia Assessorum Ecclesiasticorum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an Assessores esse possint?*
2 *Assessores Collegæ, & Comites sunt iudicum, quibus assident, & idem honor vtrisque debetur.*
3 *Ponitur eorum præcedentia.*
4 *Electi à Principe dicuntur Conciliarij.*

PRÆSVPPOSITO, quòd Clerici Assessores esse possunt in Curia Ciuili, vt docet Specul. *lib. 1. tit. de Asses. §. 3. num. 3.* & probatur; quia etiam iudices in causis secularibus ciuilibus esse possunt, vt nos docet experientia, & consuetudo, de qua testatur Salzedo *in sua pract. crim. cap. 61. vers. Consiliarij Principis, & in fine, §. possunt etiam*, & in causis criminalibus similiter possunt iudicum officio fungi, præhabita sedis Apostolicæ licentia; hoc ergo præsupposito, controuerti potest de horum Clericorum, qui Assessores fuerint, præcedentia. 1

Et breuiter adnoto, quòd Assessores quasi Asseclæ, Collegæ, & Comites iudicum, quibus assident, dici possunt, Cassan. *d. Catal. 7. p. consid. 27.* ita vt iudices, qui participes consiliorum Assessores cupiunt, spe etiam præmiorum, atque honorificentia sua, iustum est, vt illos prouocent text. *in l. 1. C. de Assessor.* præcipuè cum Assessorum sententia iudicum sententia dicatur, Menoch. *consil. 1159. num. 2.* & hinc est, quòd non minus Assessoribus, quàm ipsis iudicibus liberalitas Imperialis tribuenda est, vt ait text. *in l. non minus, C. eod. tit. & idem honor debetur Assessori, qui ei cui assidet*, text. *in l. 2. ff. eod.* Cassan. *d. consid. 27. in fine.* 2

3 Igitur in quæſtione præcedentiæ dicendum eſt, quod quemadmodum iudices præcedunt cæteros inferiores miniſtros iuſtitiæ, ita & Aſſeſſores, & inter ipſos is præcedet, cuius iudex nobilius, & præclarius officium & iudicium exercuerit ex his, quæ *ſuprà* dixi *quaſt.4.num.*8.& quæ dicam *infrà quaſt.*5 1.*num.*12. & ſic conſiderata claritate & nobilitate iudicum, qui ſecum Aſſeſſores habent iuxta doctrinas,& regulas in præcedentibus quæſtionibus tarditas, poterunt ipſorum quæſtiones facilè definiri, quia ipſi Aſſeſſores de per ſe iuriſdictionem & claritatem non habent, idem Specul. *d.lib.*1. *tit.de Aſſeſſore,§.officium,num.*1. per textum *in l. 2. C. eod.*cum aliis Caſſan. *d.conſid.*27.*in princ.*ideò meritò debetur hoc omne primò in iudicibus conſiderari, vt ex illis ad Aſſeſſores,conſortes, & participes eorum poſtea deſcendat.

4 Et hinc ſcripſit Caſſan. *d. conſid.* 27. *in principio*, quòd tales Aſſeſſores poteſtatum ſedent iuxta poteſtates, aut earum Vicarios,& ante omnes Aduocatos, præcipuè ſi electi fuiſſent à Principe:quia tunc habent dignitatem,& iuriſdictionem, Caſſan. *d. conſid. in fine*,& dicuntur Conciliarij, & præcedunt alios Aſſeſſores ſimplices, inter quos, in pari cauſa ſeruatur antiquitas,& ancianitas & promotionis gradus,prout in quæſtionibus prædictis remanet adnotatum,& cùm prædictæ doctrinæ ad Aſſeſſores laicos etiã pertineant, & in illis loquantur, ideo conſequenter poterunt, & debebunt ad Aſſeſſores Clericos extendi ex identitate rationis, & omnes vno iure circa præcedentiam erunt iudicandi,ſicuti in Aduocatis Clericis diximus *ſuprà quaſt.*3.*in fine.*

QVÆSTIO VIII.

De pracedentia Auditorum Eccleſiaſticorum.

SVMMARIVM.

1 *Auditorum diſcrimen.*
2 *Eorum pracedentia.*

Auditor

3 *Auditor Cameræ quibus præferatur?*
4 *An Episcopis, Archiep.& Patriarchis in Capella Papæ?*
5 *Auditores Legatorum de Latere quomodo inter se præferantur?*
6 *Quid si vnus eorum cum Auditore Rotæ concurrisset in partibus?*
7 *An Rotæ Auditor factus Patriarcha cæteros præcedat?*
8 *Auditorum Rotalium priuilegia.*



VDITORES Ecclesiastici inueniuntur in 1
vrbe, & alij dicuntur Auditores Rotæ, alij Contradictarum, & alius est Auditor Cameræ & in partibus adsunt etiam Auditores legatorum de Latere; & omisso an tales Auditores Rotæ sint ordinarij vel delegati, de quo loquitur Bellamer. *decis.746.num.3.& decis.5.n.3 de rescript.* Specul. *lib.1.tit.de offic.ordin.num.3.& rubr.de Auditore*, Lancellot. *de attent.lit.pend.2.p.cap.4. limit.2. num.92.* Flam. *de resignat. benef.lib.7.quæst.18.num.2.* Felin. *rubr.de rescript.num.3.circa finem, & in cap.nonnulli,§.sunt & alij,num.13.versic. aduerte etiam, eod.tit.* Francisc. Pauin. *in tract. de sede vac.fol.110.vers.non autem Auditores*, per eundem Felinum laudatus, gloss. *verb. Auditor. in Clem. Auditor de rescriptis*, Card. Tusch. *in verb. Auditores,vol.1. concl.552.553.& 554.* cum relatis ab eis.

Quoad præcedentiam attinet, illud est, quod prædicti 2
Auditores Rotæ præferuntur inter se iuxta ordinem ancianitatis & antiquitatis suæ, & in pari ancianitate ad gradum & cætera in prædictis quæstionibus relata recurrendum erit. Rursus, (Cardinalibus & descriptis familiaribus Papæ exceptis) omnibus etiam præferri scripsit Staphil. *de lit.grat. de prærogat.expect.§.magis graduatus,num.31.*

De Auditoribus autem contradictarum idem dicendum erit, nisi aliud per priuilegium illis datum fuerit, de quo testatur idem Tusch. *verb. Audit. Contrad. conclus.552.* vbi refert illos habere priuilegium circa honores & præcedentias, & an habeant iurisdictionem ordinariam videndum est per d. glossam *verb. Auditor. in Clem. Auditor. de rescript.* & ibi scribentes.

Auditor verò Cameræ Auditores cæteros præcedit, quia 3
quamuis vocatur delegatus ex Bellam. *decis.196. in fin.* &

extra Rom. Cur. iurisdictionem non haberet *ex annotat. pract. octau. Vestr. cap.* 4. idem Bellam. *decis.* 210. tamen ex eisdem annotationibus iã hodie multis ab hinc annis laxior est eius potestas, atque magnifica, vt ad magnum iurisdictionis culmen sit eius munus euectum: propterea, licet dictus Auditor habeat iurisdictionem à Papa, tamen videtur magis ordinarius, quàm Auditores Rotæ, qui sunt magis delegati, præsertim in sententiando, Rot. *decis.* 16. *aliàs* 342. *dubitatur de re iud. nou.* Lancellot. *d. limit.* 2. *num.* 92. Riccius *in sua prax. aur. resol.* 342. *in princ.* quia Auditor Cameræ licet non sit generalis Papæ Auditor, vt ipse prætendit; nec possit in beneficialibus audire, Flores *de Men. var. q. lib.* 1. *q* 12. *n.* 7. cum Mendoz. & aliis; attamen, vt habetur in registro, officium suum erat causas Cortisanorum audire, & nunc latius ad non Cortisanos, nec Curiales vbilibet existentes extenditur, idem Flor. *d. quaest.* 12. *num.* 4. propterea dicitur magis ordinarius Papæ, quàm Auditores Rotæ, idem Flores. *d. quaest.* 12. *n.* 6. cum aliis, Bellamer. *d. decis.* 210. Lancellot. 2. *p. cap.* 14. *in praefat. num.* 323. *&* 324. gloss. *in Clemen. ne Romani, §. eo autem de elect. in verb. expirare, d. gloss. verb. Auditor. in Clem. Auditor. de rescript.* quamuis referat cum Archidiac. Bonifac. VIII. constituisse, vt nullus habeat in Curia iurisdictionem ordinariam, nisi Papa, & hinc est, quod dictis Auditoribus præferatur.

4 Et etiam præfertur in Capella Papæ Episcopis, Archiepiscopis & Patriarchis, cùm super illos in casibus permissis exerceat iurisdictionem suam, idem Vestr. *in pract. d. cap.* 4. *num.* 6. vbi amplius refert, quòd nititur illam ad Cardinales extendere; cùm certis ab hinc annis illam iure vel iniuria auxerit: sed quidquid velit, illos neutiquam præcedit, Gratian. *disceptat. for. tom.* 2. *cap.* 298. *num.* 76 *in fin.* quamuis, vt idem Gratian. scribit, Auditor Cam. notionem habeat contra omnes Curiæ Prælatos, etiam Cardinales, per Bullas Iulij II. Leonis X. & Pij IV. & de officio dicti Auditoris videndus est idem Vestr. *d. cap.* 4. *per tot.* Vbi eum vocat ordinarium Papæ substitutum & litterarum Apostolicarum executorũ, & quod in minori summa centum, & etiam maiori, diuersis tamen dilationibus cognoscit, & etiam extra Rom. Cur. si in obligationibus forma Cameræ adiecta sit, Riccius *d. prax.*
aura

aur. d. resol. 342. in princ. Galess. tract. de obligat. Camer. quaest. 7. n. 3. relatus per Zachiam in eodem tract. glossa, & extra locum destinatæ solutionis, num. 11. & denique ego arbitror super potestate dicti Auditoris non posse certùm assignari, cùm dependeat ab eius facultatibus, quæ ad libitum Pontificum restringuntur & ampliantur, vt in Camerario docet idem Tusch. in eius verbo, conclus. 16. num. 2. Vestr. d. cap. 4. num. 4. Vbi ait, quòd hodie quidquid facit Auditor Cam. est ex speciali facultate sibi nouissime data; & ita videndæ sunt Constitutiones Pontificum de prædicto Auditore loquentes, præcipuè Constitutio Pij IV. 33. in 2. tom. Bullar. fol. 48. & Pauli V. constit. 28. tom. 3. fol. 212. cum aliis constitutionibus in d. Bullar. contentis, ex quibus plura priuilegia conceduntur eidem cum plena & ordinaria iurisdictione, etiam contra Cardiles d. Constit. Paul. V. §. 9. in omnibus causis, præcipuè Cameralibus, & in executione litterarum Apostolicarum & sententiarum in vrbe latarum, & in Monitoriis, & inhibitorialibus ad partes mittendis: & in dictis Bullis Pij V. §. 25. & Paul. V. §. 28. conceditur dicto Auditori, quòd in Capella Papæ, & aliis actibus publicis, & priuatis primum locum habeat post Gubernatorem & Oratores Principum, si Prælati fuerint, & & ita Auditoris præcedentia diffinita est, & colligitur eum sedere post Cardinales & Prælatos (quamuis super illos habeat iurisdictionem) ex eo, quod Cardinales sunt pars corporis Papæ, vt dicetur infrà quaest. 13. num. 1. & 9. & constat ex his, quæ suprà quaest. 1. num. 6. & 7. scribuntur.

Inter Auditores autem Legatorum de latere etiam antiquitas debet obseruari, non Auditoratus, sed Legationis antiquioris, quia cum huiusmodi Auditores nō sua, sed Legatorum fulgeant auctoritate & dignitate & iurisdictione, meritò ad illos attendere oportebit, quotiès de præcedentia inter ipsos dubitatum fuerit exemplo Assessorum suprà quaest. 7. num. 3. & Vicariorum Episcoporum de quo infrà quaest. 51. num. 12. 5

Sed si vnus ex his Legatorum Auditoribus cum altero Rotæ in partibus concurrisset, quis eorum potior erit? & esse præferendum Auditorem Rotæ constare videtur ex supradictis quaest. 1. num. 20. & infrà quaest. 10. num. 4. cùm talis 6

Auditor sit electus à Pontifice; alter autem à Nuncio, seu Legato, & quia Auditores Rotæ sunt Iudices appellationum per commissionem sanctissimi causarum, quæ à Legatis deferuntur per appellationes; vnde quilibet eorum tanquam iudex superior cæteris Legatorum Auditoribus erit præponendus; quia quamuis quilibet in suo territorio sit altero maior, vt suprà dixi *quæst.* 1. *num.* 14. *& quæst.* 4. *num.* 6. & repetam *infrà*, tamen hoc intelligitur data paritate, aliàs autem eum, qui maiorem obtinet Dignitatem, etiam in minoris territorio postponeremus, cuius contrarium verum est exemplo Archiepiscopi, seu Legati de Latere, qui in Episcopi inferioris seu suffraganei Diœcesi præferuntur Episcopo in aliquibus tanquam Iudices superiores & maiores, vt constat ex relatis *d. quæst.* 4. *num.* 1. *& seqq.* & probatur ex Ceremon.Rom. *lib.* 1. *cap.* 23. §. *ordo autem thurificandi*, vbi expressè disponitur, quòd Nuncius Apostolicus cum facultate Legati de Latere intra fines suæ lagationis, & Archiepiscopus Prouinciæ thurificentur in missa aut vesperis solennibus ante Episcopum, nisi Archiepiscopus esset hospes, hoc est, non esset illius Prouinciæ, tunc enim Episcopus proprius prius est thurificandus, & ita prædicta doctrina procedit cæteris paribus, secus autem, si superior, & qui superioritatem aliquam exercet in inferioris territorio; cum ipso concurrat: nam illi legitimè præfertur, dummodo non sit in rebus, quæ ad inferiorem, & Episcopum ratione sui Episcopatus pertineant, in his enim etiam Episcopus minor maiori Archiepiscopo aut Metropolitano præfertur, & sic non data paritate pro vt suprà *d. quæst.* 4. *num.* 6. relatum est.

Vnde ad propositum, Auditor Legati in pertinentibus ad suum Tribunal, officium & iurisdictionem Auditorem Rotæ præcedet, secus autem extra illos actus, cùm Auditor Rotæ sit altero superior, etiamsi sit in territorio illius; sed hæc quæstio parum proderit in practica, cùm sit raro contingens, sed oportet omnia facta, etiam raro cotingentia, præuia iuris dispositione in futurum tempus resoluere.

7 Postremò, si vnus Rotæ Auditor sit electus Patriarcha, vt Seraphinus, qui ad Patriarchatum Alexandrinum promotus

motus fuit; vel aliàs sit factus Episcopus, quam prælationem obtinebit inter cæteros Auditores? & existimo, quòd nullã, sed quod sedebit iuxta antiquitatem suam; quia ibi in Rota, non vt Patriarcha, aut Episcopus, sed vt Auditor interuenit, exemplo Episcopi & Canoni simul, qui in Capitulo non vt Episcopus sedet, vt infrà dicetur *quæst.* 27. *n.* 2. & exemplo Cardinalis, qui etiamsi sit Pœnitentiarius, Vicecancellarius aut Camerarius, non ideò inter Cardinales præfertur, vt similiter infrà *in quæst.* 13. *num.* 3. adnotabitur: extra Rotam autem Auditor Patriarcha seu Episcopus cæteros Coauditores præcedet, docet Gartian. *discept. forens. t.* 2. *cap.* 298. *num.* 31. 32. *&* 34. Contelorius *de præcedentia, num.* 63. cum Seraphino *decis.* 1216. *in fine.*

Auditores Rotæ plurima habent à summis Pontificibus concessa priuilegia de quibus constat ex Bullis priuilegiorum de prædictis Auditoribus loquentibus, vt *in Bul. Rom. tom.* 1. *in Bul.* 13. *Clement. VII. & Bul.* 12. *Pauli III. Romani, & in aliis*, & moderationes horum priuilegiorum disponuntur per Pium IV. *in Bulla* 44. *tom.* 2. & *ibi* in summario plenè fit mentio de aliis Pontificibus & per Pium V. *in Bull.* 73. *eodem tom.* 2.

QVÆSTIO IX.

De præcedentia Beneficiatorum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiati præferuntur clericis simplicibus.*
2 *Digniores Beneficiati qualiter cognoscantur?*
3 *An Beneficiatus, cuius beneficium pinguius fuerit, prælationem promereatur?*
4 *Resoluitur præcedens quæstio.*



NOn tracto hîc de oppositoribus ad beneficia Parochialia, cùm de illis infrà loquar *quæst.* 25. *per totam.* 1
sed de his, qui in actu sunt Beneficiati, qui quidem in materia præcedentiarũ præferri debent cæteris clericis simplicibus, id est, non habẽtibus Beneficia; nam ex-

eo,

eo, quòd illa possident, habent titulum, & qualitatem, quæ legitime præcedentiã in eorum fauorem designat, cùm magis priuilegiati dignique dicantur ex relatis suprà *quaest. 1. num.* 11. inter ipsos autem Beneficiatos ille prior iudicabitur, cuius beneficium aliqua speciali prærogatiua resplendeat, quæ per priuilegium seu consuetudinem acquisita sit, ex eadem proxima ratione: vlterius in casu paritatis considerandus erit gradus, virtus & nobilitas, eo modo quo suprà *d. quaest.* 1. *num.* 18. item & ætas & aliæ qualitates, Barbos. *in Pastor. alleg.* 72. *num.* 205. & dicetur infrà *quaest.* 25. *n.* 12. D. Rodericus de Acuña Archiep. Brachar. super Decreto *in cap. consuluit, num.* 2. 9. *distinct.*

2 Et ex his qualitatibus digniores beneficiati cognoscentur, de quibus loquitur Ceremon. Episcop. *lib.* 2. *cap.* 33. §. *octo verò Beneficiati*, disponens, quòd digniores hastas Baldachini portent in processione corporis Christi.

3 Sed numquid, cæteris paribus, erit potior ille beneficiatus, cuius beneficium pinguius fuerit? videtur quod nõ, quia etiam vnus Episcopatus non dicitur dignior altero ex hoc tantum, quod maiorem habeat Diœcesim, aut maiores, & vberiores fructus, bonus tex. *in c. legimus*, 93. *d.* ibi: *potentia diuitiarum & paupertatis humilitas, vel sublimiorem vel inferiorẽ Episcopum non facit*, &c. & *in cap. sicut* 96. *distinct.* vbi: *quòd parua ciuitas prærogatiuam Regni non minuit*, &c. refert & docet cum aliis Decian. *d. respons.* 19. *num.* 207. 208. 209. *&* 210. *vol.* 3. de quo puncto infrà etiam loquar *quaest.* 27. *num.* 9. Econuerso autem videtur quod sic; quia diuites pauperibus præferuntur in honoribus & Magistratibus consequendis, vt per text. *in l. rescript. in princip. ff. de muner. & honor. & in l. ad subeunda*, & *ibi* Luc. de Pen. *C. de Decurion. lib.* 10. & Ioan. de Plat. *in l. nequis, C. de Dignitat. lib.* 12. tradit Tiraq. *de nobilit. cap.* 3. *num.* 19. *& sequentibus.*

4 Credo, quod inter Clericos & Ecclesiasticos de hac qualitate & quæstione agi & tractari non liceat, tam propter text. *in d. cap. legimus*, quàm quia indecorum fuisset, & statui Ecclesiastico non adaptabile, cuius bona dicuntur esse pauperum, vt latè constabit e xtraditis à Sarmiento *de redditibus Eccles. cap.* 1. *& seqq.* inter Laicos autem poterunt forsam

procedere

procedere tradita per dict. Tiraq. ex iuribus, rationibus & declarationibus per ipsum relatis, quarum illa omnibus placebit, nempe vt honor diuitiis attributus de iustis & honestis intelligatur, non autem de partis vi aut dolo cæterísque sceleribus, vt crescente malitia aliquando accipimus, & videmus; idem docet Gamma inter Laicos loquens relata *decis.* 1. *num.* 52. *&* 55. de electione verò horum Beneficiatorum ad dicta infrà *quaest.* 25. recurratur.

QVÆSTIO X.

De præcedentia Canonicorum.

SVMMARIVM.

1 *Canonici aliquando præferuntur Abbatibus.*
2 *Item Portionariis & aliis Clericis simplicibus.*
3 *Item Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ.*
4 *Inter ipsos Canonicos quomodo præcedentia dignoscatur?*
5 *Canonici Supernumerarij quem locum & stallum obtineant?*
6 *Canonici in funeralibus, si cum Parocho concurrant, quid obseruetur?*
7 *Si vnus ex Canonicis sit Prouisor, aut Episcopi generalis Vicarius, an cæteros præcedat?*
8 *Canonicus Presbyter Diacono præfertur.*
9 *Quid si Diaconus sit anterior?*
10 *Quid si alter sit antiquior in possessione, & alter in Datta?*
11 *Canonici Ecclesiæ erectæ in Collegialem præferuntur Archipresbyteris & aliis Clericis.*
12 *Quid stante consuetudine in prædictis quæstionibus?*
13 *Quid si cum Canonicis concurrat Capellanus Papæ aut Regis?*
14 *Quid si concurrat Canonicus Mediolanensis aut Compostellanus cum alio alterius Ecclesiæ?*
15 *Canonicus Doctor & Sacerdos an alteri non Doctori, sed prius Sacerdoti præponatur?*

1 CANONICI Ecclesiarum Cathedralium, si simul congregati considerentur, primò praeferuntur his, qui maiorem habent dignitatem, veluti Abbates, quamuis hi provt singulos illos praecedant, vt supra *quaest. 1. num. 5. & sequentibus*, explicatum est.

2 Secundò praeferuntur omnibus Portionariis earundem Ecclesiarum, & similiter omnibus Clericis inferioribus, tam beneficiatis, quàm simplicibus in Dioecesi vbi Cathedralis est commorantibus. Probatur apertè, quia huiusmodi Clerici, & Portionarij non dicuntur membra & Collaterales Episcopi, sicut Canonici, nec pars corporis illius; *vt eadem quaest. 1. num. 6.* dicitur, & tradit Felin. *in d. cap. Pastoralis, num. 12. de offic. deleg. C. Episcopus in Ecclesia, 95. distinct. c. nouit, de his, quae fiunt à Prael. sin. cons. cap. C. cùm Clerici*, & *ibi* glossa *de verb. sig.* Gratian. *disceptat. forens. tom. 1. cap. 111. num. 2. & 4.* Riccius *in sua praxi fori, tit. prax. Commissariorum, decis. 105, num. 5. 6. 7. & 8.* Moneta *de Conseruat. iud. cap. 5. num. 38.* Homobonus *de statibus humanae vitae, part. 1. cap. 9.* Vlterius praedicti nullam habent dignitatem, Canonici autem constituti censentur in dignitate, *cap. statutum in princ. de rescript. in 6.* Saltim largo modo, vt voluit idem Felin. *in d. cap. Pastoralis, n. 12.* & omnes *ibi* scrib. secundum eundem Riccium *d. decis. 105. num. 1. 2. & 3.* & sic intelligendum est, quod scripsit idem Moneta *d. cap. 5. n. 118.* Caesar *d. tract. de Ecclesiastica hierarch. quaest. 2. proœm. §. 2. n. 14. & disput. 12. §. 6. num. 25.* Barbosa *in pastorali, p. 3. alleg. 106. num. 10.* cum aliis pluribus dicentibus dictos Canonicos non habere dignitatem, hoc est, strictè & propriè, late autem illam dicuntur habere iuxta sententiam Felin. *d. loco*, vti expresse postea declarauit idem Riccius *in sua praxi aurea, resol. 349. n. 4.* Maceras n. *in pract. lib. 3. var. resolut. resol. 11. n. 19.* ex Achill. de Grass. *decis. de rescript. num. 6.* Homobonus *d. cap. 9.* Caesar *sentit. d. num. 25.* Denique Canonici omnibus aliis Clericis praeeminent tanquam membra nobiliora, & quia dicuntur Clerici primi gradus, vt cum aliis tradidit Menoch. *d. cons. 52. n. 83. & 84. vol.* Boteus *d. tr. de Synodo, 3. p. n. 26.* Rodrig. *q. Regul. tom. 3. q. 37. art. 1.* & sic habet consuetudo, quia nunquam praedicti Clerici contendunt super praecedétia cum Canonicis.

Tertiò

Tertiò præferuntur etiam aliis Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ ex prædictis rationibus Staphil. *de lit grat. de prerogat. expectant.* §.*magis graduatus*, *n.* 28. Salgado *tract. de Regia protect. p.* 2..*cap.* 9. *num.* 43. *&* 44. quia ſi in hac materia altior eſt, qui proximior eſt domino, Grammat. *d.deciſ.*64 *num.*21.ergo Canonici Cathedralis Eccleſiæ præferri debent Canonicis Collegialis, cùm illi proximiores ſint Epiſcopo, adeo vt dicantur eius membra, & hinc eſt, quòd dignior locus ſit eorum, qui ſunt magis prope Epiſcopum, *d.c.perlectis*,25.*diſtinct.* Staphil. vbi proximè, *num.* 24. qui enim participant de capite, debent eſſe magis vicini, vt ars naturam imitetur, tradit cum aliis Boteus *d.tract. &* 3.*p. num.*19. Boër. *d. tract. de auctor. mag. conſ. num.* 79. Rodrig *loco proximè relato*, & locus vlterior nobilior eſt, quàm prior, Sygnorol. de Homod. *d tract. de Praced. Doctor.num.* 15.*inter.tract.DD* & Eccleſia Cathedralis & eius Canonici dicuntur digniores aliis Collegiatis, & illos præcedunt propter reſidentiam Epiſcopi, vt ſuprà dictum eſt *quaſt.* 4.*num.*8. ex Deciano *d.reſp.*50. *num.*30 *vol.*4. Felin. *d.rub.de maior.& obed.num* 4. *in fin.* Boër. *d.tract.num.*78.vbi latè Caſſan. *d. Catal.* 4.*p.conſid.*47. cum pluribus relatis Bot. *d. tract.de Synod.*3.*p.num* 26.27.*&* 28. Gamma *d.deciſ.*1.*num* 54. & quia dicti Canonici Eccleſiæ Collegialis nulla decorantur dignitate, gloſſa *verb.Cathedralium in c. ſtatutum, de reſcript. in* 6. niſi ex conſuetudine, vel ex conceſſione Papæ, Seraph. *deciſ.* 1223.*num.*1.cum Canonici Cathedralis, qui digniores ſunt, vix illam habeant, id eſt, largo modo, vt dixi proximè, *n.*2. quamuis in Germania Canonici Collegiatarum dicuntur habere dignitatem, & illis committuntur cauſæ Apoſtolicę, docuit Rebuff *d. pract. benef. pract. Cancell. Apoſtol.fol.*mihi 408. §. *circa qualitatem perſonarum*, & tenet Riccius *praxis fori Eccleſ. tit.praxis variar.deciſ. deciſ.*637.*num.*5. *& ſeqq.* Verum etſi à Canonicis Eccleſiæ Cathedralis dicti Canonici Collegialis præferantur, præcedunt tamen Parochos, Rectores, & cæteros Clericos & beneficiates ex Rodrig. *quaſt.regul. d. q.* 37. *artic.*1. *tom.*3. propter eminentiam capitis, nempe Abbatis, vti dicitur in Canonicis Cathedralium, quod eſt intelligendum vt infrà *quaſt.*32.*num* 1.*& ſeqq.* 3

At inter ipſos Canonicos aliquæ poſſunt oriri quæſtiones 4

super praelationibus, & ad eas diffiniendas considerandа sunt suprà dicta *quaest.1. num. 15. & seqq.* & caeteris quaestionibus, nempe ancianitas, & antiquitas, Farinac. *decis. 867. n. 2. in nouiss. ciuil. penult. cent. 7.* Seraph. *decis. 437 num. 3.* Rebuff. *tract. de dignit. num. 22.* Ioan. de Plat. *in l. 2. n. 11. C. de Decurion. lib. 10.* item gradus, virtus, & nobilitas, & in casu paritatis similiter aduertendum est, qualis Canonicus receperit Canonicatum à S. Pontif. is enim praeeminentior erit, Cassan. *d. 4. p. consid. 49.* cum aliis suprà *quaest. 1. num. 21.* relatis, quibus addi possunt plura congesta per Mastrill. *lib. 4. de Magistrat. cap. 14. num. 51. vsque ad 57.* vbi iura iuris Canonici id probantia recenset Felin. *d. rub. de maior. & obed. num. 4.* & dixi *in casu paritatis*: quia etiamsi Canonicus à S. P. prouisus sit, non ideò Canonico antiquiori praeponendus erit, nisi sua sanctitas hoc expresserit in litteris prouisionis, vt retuli *d. quaest. 1. num. 21.* licet contrarium referat idem Mastril. *d. cap. 14. num. 54.* vbi Decianus per eum allegatus illud (ni fallor) non asserit.

5 Et aduertendum est, quod inter Canonicos alij dicuntur Supernumerarij, id est, sine Praebenda, qui in Hispania parum aut nihil sunt in vsu, & eorum meminit Castrens. *cons. 365. super primo & secundo dubio in fine, n. 3.* Cassan. *d. 4. p. consid. 12. in fin.* Mastril. *decis. 130. num. 24 & seqq.* Card. Tusch. *verbo Canonici Supernumerarij, conclus. 33.* ex quorum dictis colligitur ad hanc materiam illos postponendos esse Canonicis numerariis, & non habere stallum in choro, nec ius in re, nec vocem in Capitulo, notat cum aliis Riccius *in d. praxi aurea, resol. 263. ante numer. 1.* nisi de mandato Papae, seu ex consuetudine vel permissione Capituli; & sic stallum & locum, quem ipsis Papa, consuetudo aut Capitulum praestauerint, obseruabunt, aliàs enim priuilegia Canonicorum non habebunt, tradit idem Cassan. *d. consid. 12.* Bertach. *in repertor. verb. Canonicus, §. Canonicus Supernumerarius*, & quamuis referat Bart. *in l. si dicas, §. Grammatici in fine de excusat. tut.* non video, quòd illud asserat: verum tamen censeo dictum, & tales Canonici Supernumerarij intrant iuxta ordinem creationis suae, vt aduertit idem Bertach. cum aliis *dicto loco*; alij autem sunt Canonici Regulares de quibus loquitur Barbosa *in Pastorali, p. 3. alleg. 78. n. 29.* dicens, quòd praecedunt Monach. nigros.

Sed

Sed quid erit in funeralibus, vbi Canonici interuenerint 6
simul cum Parocho Parochiæ, ad quam cadauer defertur,
& quæstio super præcedentia inter Canonicos, & Parochum insurrexerit, dicam infrà *quæst.* 32. *num.* 2.

Rursus, si vnus ex Canonicis sit Prouisor, aut Episcopi Vicarius generalis, dubitari poterit, an cæteros Canonicos in Capitulo præcedat, similiter dicam *in quæst.* 51. *num.* 8. & si Episcopus eodem modo fuisset Canonicus, an omnibus præferendus sit, videatur infrà *quæst.* 27. *num.* 2. 7

Denique si inter Canonicos paritas tam in antiquitate, quàm gradu, virtute, & nobilitate inuenta fuisset, vnus autem esset Subdiaconus, alter verò Diaconus, seu Presbyter, dubium non est, quin hic esset præponendus, quia licet in Præbenda, & cæteris sint æquales, verum alter maior est ordine, exemplo Cardinalium, quorum vnus Diaconus seu Presbyter alteri Subdiacono præfertur *dict. cap. Cleros*, 21. *distinct. & cap. perlectis*, 25. *distinct.* docet Cassan. *d.* 4. *part. consid.* 15. & dicam infrà *quæst.* 13. *num.* 4. si autem sit consuetudo contraria, quòd Diaconi Præsbyteris præferantur, vt in Cur. Rom. refert idem Cassan. *vbi proximè*, tunc videndum est, an valeat ex traditis infrà *quæst.* 18. 8

Sed quæri poterit, quid si Canonicus Presbyter & maior 9
ordine sit tempore posterior, minor verò sit anterior; qualis ergo qualitas attendi debet? an ordinis maioritas, seu temporis prioritas? videtur quòd prioritas, & ita quòd Canonicus minor ordine, tempore autem prior, præferendus sit ex ea ratione; quia principalis qualitas propter quam Canonici interueniũt in Capitulo, & actibus capitularibus, est Canonicatus; ordo autem Subdiaconatus, Diaconatus, seu Presbyteratus, est annexus dicto Canonicatui ex Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 12. Igitur Canonicus in principali qualitate, quæ potius est in consideratione, præeminentior erit; similiter in præcedentia potior, exemplo Episcopi & Canonici simul, qui quamuis ordine maior sit Canonicis simplicibus, tamen ex eo, quod vt Canonicus intrat in Capitulo, sedet iuxta antiquitatem suam, & non loquor de Episcopo ipsius Capituli, docet idem Cassan. *d.* 4. *part. consid.* 45. & scribam infrà *quæst.* 27. *num.* 2.

Non parum vrgent supradicta, & in hanc sententiam inclinarem, nisi adesset in hoc dubio text. expressus *in cap. statuimus de maior. & obed.* & scribentes *ibi* communiter, & similiter declaratio Cardinal. S. Congreg. Rituum in hunc modum: *Cùm secundùm cuiusque dignitatem quilibet in sede sit honorandus, & qui prior est in ordine, in loco etiam praemitti debeat, declarauit sacrorum Rituum Congregatio Canonicos, qui in ordine Presbyterali constituti Canonicatum Presbyteralem obtinuerunt, in choro, Capitulo, processionibus, & sessionibus praecedere debere Canonicos in Diaconatu vel Subdiaconatu constitutos, Canonicatus Diaconales vel Subdiaconales obtinentes, etiamsi postea fuerint in Ecclesia admissi & recepti, non obstante consuetudine Ecclesiae, quae tanquam abusiua & improbata non debet admitti: vnde Canonico prouiso de Canonicatu Presbyterali in Ecclesia vbi Praebendae sunt distinctae, censuit S. Congr. deberi locum inter alios Presbyteros supra omnes Diaconos & Subdiaconos, licet prius in Ecclesia receptos,* tradit, & tractat hanc quaestionem Riccius *in dict. prax. for. Ecclesiast. tit. prax. praecedentiarum, decis.* 579. & tandem sequitur resolutionem Congreg. ob illius veritatem, & auctoritatem, quae amplius comprobatur ex doctrina Gammae suprà relata *in dict. decis.* 1. *num.* 48. & ex Rebuffo *tract. de dignitat. num.* 21. & 30.

Sed contrarium refert Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 482. *num.* 14 ex declaratione eiusdem Sacr. Congreg. Rituum 12. Decembris 1606. quamuis non referat verba declarationis, & ita, cùm hae declarationes contrariae videantur, iudicandum erit, qualis sit attendenda: ego tam propter text. *in d. cap. statuimus*, quàm quia praedicta declaratio constat in specie, eius sententiae forsan adhaererem, nisi compositionis foedere dicamus, quòd declaratio relata per Riccium loquatur in Canonicatibus Ecclesiae Cathedralis, in quibus, quia requiritur ordo sacer, vt suprà dixi, ideò ad illum principaliter attenditur; declaratio autem à Gratiano allegata ex eius verbis loqui videtur in Canonicatibus Ecclesiae Collegialis, qui non requirunt ordinem sacrum, vt ipse Gratianus *in dict. cap.* 492. *num.* 1. *& seqq.* accuratè defendit, ideò Canonicus Collegialis maior gradu, quamuis minor ordine, praefertur maiori in ordine & minori in gradu: dubito tamen de hac compositione, & distinctione, quia ratio

text.

text. *in d. cap. statuimus*, & primæ declarationis tendit ad hoc, quod ordinis prioritas præponderet propter eius excellentiam, non verò quia requiratur necessariò; præterquã quod eadem declaratio loquitur indistinctè, & text. *in dict. c. statuimus*, ex eius titulo non procedit in Ecclesia Cathedrali, quapropter super eadem distinctione cogitandum relinquo.

Postremò, facta mentione antiquitatis seu anterioritatis 10
Canonicorum, restat discutere, an Canonicus antiquior seu anterior in possessione præferatur antiquiori in Datta, & in possessione posteriori: disputat ex professo hanc quæstionem idem Riccius *eadem prax. for. & tit. praxis praecedentiarum, decis.* 580. vbi multis iuribus & ratione comprobat Canonicum in possessione antiquiorem præhabendum fore, & ad obstantia similiter respondet: disputat etiam Genuens. *in praxi Archiepiscop. cap.* 52. *in princip.* & idem concludit, quia præcedentiæ propter onera acquirunt & sunt fructus possessionis, quam rationem retulit Riccius *vbi proximè num.* 4. quibus addo Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 36. *vsque ad* 47. vbi in Magistratu, Duce vel Comite ait esse de consuetudine illius Regni, quod attendatur non Datta priuilegij, sed possessio, licet ipse contrarium de iure verius esse affirmet, façit dictum Alex. *cons.* 227. *num.* 3. *lib.* 6. & Menoch. de *arbitrar. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 48. *num.* 10. *vsque ad* 14. Scilicet quod prior in possessione præfertur priori seu æquali in tempore seu in titulo: vnde assentiens prædictæ resolutioni, super eam iam disputatam amplius non insisto.

Et similiter Canonici Ecclesiæ erectæ in Collegialem, 11
quibus concessum est gaudere omnibus prærogatiuis, dignitatibus & honoribus, quibus gaudent alij Canonici, præferuntur Archipresbyteris, Rectoribus & aliis clericis præcipuè stante consuetudine Seraphin. *d. decis.* 1223. vt retuli suprà *num.* 3. *in fine.*

De consuetudine autem in his quæstionibus occurrente 12
dicatur vt infrà *quaest.* 18. & de Canonicorum electione videatur *quaestio* 25.

Sed si cum Canonicis Ecclesiæ Cathedralis concurrat 13
Capellanus Papæ, qui Romæ dicitur Prælatus, aut Capellanus Regis, quid sit iudicandum dicam infrà *q.* 12. *n.* 15. & 16.

Verum

14 Verum si vnus Canonicus in Italia Mediolanensis, & in Hispania Compostellanus, qui vtroque loco vocatur Cardinalis, & portat colorem rubeum in Cappa, vt scripsit Moneta *d. tract. de conseruat. iud. cap.* 5. *num.* 121. *& seqq.* concurrat cum alio alterius Ecclesiæ, existimo, quod si secundus Canonicus sit in Ecclesia sua, clarum est, quod erit præferendus, cum primus in ea vocem nec stallum obtineat; si autem concursus sit extra Ecclesiam secundi Canonici, dici poterit, quòd primus præferatur, cùm negari nequeat ipsum propter prædictum priuilegium esse digniorem iuxta supradicta *quæst.* 1. *num.* 11.

15 Vltimò, si alter Canonicus sit Doctor & Sacerdos; alter autem non Doctor, sed prius Sacerdos; ille sine dubio præponendus erit ex toties suprà repetita ratione, nempe potiorem esse, in quem plures qualitates præcedendi concurrunt, vt cum pluribus hanc quæstionem in specie tractando docuit Mastril. *d. decis.* 130. *per tot. & num.* 19. vnde cum Doctoratus sit Dignitas, vt suprà dixi *quæst.* 1. *num.* 18. & refert cum multis idem Mastril. *eadem decis. num.* 14. & etiam Sacerdotium sit Dignitas, & maior quacunque seculari, vt ipse ait *num.* 8. dubium non est Canonicum, in quem hæc duo inueniuntur, tanquam digniorem esse altero, licet prius Sacerdoti, præponendum: nam prioritas tantum inter æquales attenditur, non autem inter dispares, vt constat ex traditis infrà *quæst.* 1. *num.* 17. *& seqq. & hac quæst. num.* 8. *& plurimis congestis*, notat idem Mastril. *d. decis.* 130. *num.* 13. Felin. *in rub. de maior. & obed. num.* 2. Verum hoc intelligendum est de prioritate in Sacerdotio, aut alia qualitate & prærogatiua sine discrimine antiquitatis, vt scripsi suprà *num.* 8. aliàs Canonicus nouiter receptus, etiam prius Doctor, aut Sacerdos, non ideo cæteris antiquioribus vel non Doctoribus erit præeminentior: cum inter Canonicos prima causa præcedendi sit antiquitas, & postea cæteræ subsequuntur, vti scripsi *suprà hac quæstione, num.* 4. excepto casu relato per declarationem Congreg. *suprà num.* 9. *§. non parum vrgent.* Quando scilicet Præbendæ sunt distinctæ de Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis; tunc namque Canonicus nouiter receptus Sacerdos & Presbyter sedere debet post Canonicos Presbyterales.

rales in eorum gradu, præcedendo Canonicos Diaconales & Subdiaconales etiam antiquiores, & sic in hoc casu non est antiquitas prima causa præcedendi, sed ordo, & referam infrà loquendo de Coadiutoribus *quæst.* 15. *num.* 3. sed vbi Præbendæ nullam distinctionem admittunt in ordine & gradu, sed possunt Canonici tenere ordinem, quem maluerint, obseruandum est circa præcedentiam, quod in hac quæstione obseruauimus.

QVÆSTIO XI.

De pracedentia

Cantorum, Primiceriatorum, Præcentorum, Magistrorum Scholarum & Succentorum.

De materia huius quaestionis, ne verba duplicare visus sim, videri potest infrà quæst. 30. *ibi enim breuiter tractabitur.*

QVÆSTIO XII.

De pracedentia

Capellanorum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici habentes Capellanias quando cateris simplicibus praeferantur?*
2 *Quomodo cognoscatur pracedentia inter ipsos Clericos Capellanos?*
3 *Proponitur quaestio inter consanguineos ad Capellaniam vocatos.*
4 *Distinguitur secundum plurium sententiam.*
5 *Traditur resolutio & opinio Autoris.*
6 *Limitatur pracedens resolutio.*

1 SI Capellaniæ sint collatiuæ, ita vt earum bona sint effecta spiritualia iuxta tradita per Laram *d. tract. de Capellan. lib. 2. cap. 1. num.* 16. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 5. num. 20. & 68.* Salzedo *d. pract cap. 18. num. 9.* tunc cùm beneficia Ecclesiastica sint, dicendum est ad nostram materiam idem quod *suprà, q. 9.* nempe, quòd Clerici tales Capellanias habentes cæteris simplicibus præferantur; non sic si Capellaniæ non sint collatiuæ, seu beneficia, sed memoriæ & anniuersarium Missarum, quia tunc in illis non adest titulus considerabilis, qui præcedentiam possit operare, cùm tales memoriæ, seu Capellaniæ dicantur profanæ, Petr. Gregor. *sintag. iur. 2. par. c. 29. num. 5. & seqq.* idem Lara *d. cap. 1. num. 34. & seqq.*

2 Verùm inter ipsos Capellanos beneficiales plura possunt cogitari discrimina in huius materiæ dubiis contingentibus, de quibus discriminibus differuerunt per totum vnum & alterum capitulum, idem Lara *d. tract. de Capell. lib. 2. c. 3. & 4.* Garcia *de benef. 7. p. cap. 1. num. 75. & seq. & cap. 16. per totum*, ad quos in his, quæ infra non disputabuntur, lectorem remitto.

3 Sed quid si in fundatione Capellaniæ vocetur proximior fundatoris consanguineus, vt pluries in practica se offert, & concurrant duo, quorum alter attento iure ciuili sit proximior, attento autem iure canonico sint æquales gradu, v.g. Patruus & filius ex fratre, quia ille attento iure ciuili est in primo gradu, & hic in secundo: quia iure ciuili computantur omnes gradus pro vtraque parte: attento autem iure Canonico sunt æquales gradu, quia in linea transuersali inæquali eo distant inter se personæ, quo remotior distat à stipite:

ſtipite: vnde cum filius ſit remotior ab auo, & diſtet ab eo in ſecundo gradu, dicitur & patruus in eo ſecundo ab eodem auo diſtare, vt doctè in prolixa & perplexa graduum computatione ſcripſit Pater Sanchez *de matrim. lib. 7. de impedim. diſput. 50. num. 6. & 7.* Quid ergo erit in hoc dubio dicendum, & aduerto quòd illius reſolutio dependet ab eo, an gradus computari debeant ſecundum ius Canonicum aut ciuile.

Et eſt diſtinguendum inter Capellanias Beneficiales & & ſeculares, quæ vocantur ſimplices memoriæ laicorum; in illis enim intrat ius Canonicum tanquam ſuper re merè ſpirituali, & regulæ eiuſdem iuris erunt obſeruandæ, cùm ius Canonicum ad quæſtiones Canonicas & ſpirituales decidendas ſtatutum ſit, & hanc opinionem defendit & tenet, dicens obſeruatam & ſecundum eam iudicatum in conſilio Archiep. Tolet. Ceual. *comm opin quæſt. 398. num. 26.* quem refert Garcia *de benef. 7 p. cap. 16. num. 24.* Riccius *in praxi fori, tit. prax. Capellaniarum, deciſ. 413. num. 1.* vbi fallitur, dum exiſtimat Ceual. vbi proximè dixiſſe hoc procedere, quando cauſa eſſet mere beneficialis, & fundator Clericus in ſacris quaſi hæc duo requirantur: quia Ceuall. hæc duo tanquam neceſſaria non petit, ſed dicit tutiorem eſſe ſuam opinionem, quàndo fundator eſt Clericus in ſacris, & ſic intelligendus eſt Ceuall. *dicto loco*, qui ideo *ibi* de Clerico in ſacris mentionem fecit, non quia fuiſſet ad ſuam opinionem neceſſarium, cùm ſufficeret Capellaniam eſſe beneficialem ſecundum eum; ſed quia in facto per eum relato fundator accidentaliter erat Clericus in ſacris. In his autem ſecundum plurium DD. ſententiam facienda eſt computatio ſecundum ius ciuile, ex eo quod cauſa ſit profana, quos congeſſit Gonzal. *d. gloſſ. 5. num. 34.* & tranſit cum hac diſtinctione Riccius *d. praxi fori, & tit. prax. Capellaniar. deciſ. 413.* & ſentit Ceuall. *d. quæſt. 398. num. 31.* 4

Sed quamuis hæc diſtinctio auctoritate plurima fulciatur, cum pro ea ſit obtentum & declaratum, & teneat eam Ceuallos cum relatis per eum *dicto loco, & num. 26.* ego tamen in illa non acquieſco, & exiſtimo, ſiue Capellaniæ ſint beneficiales, ſiue profanæ, eſſe computandum ſecundum ius 5

ciuile ex duabus rationibus & ex plurimorum auctoritatibus. Prima ratio est; nam computatio Canonica solum loquitur & procedit in nuptiis iuxta text. *in cap. ad sedem* 35.*q.* 5. ibi: *quia verò nuptiæ sine duabus non valent fieri personis, ideo sacri Canones duas in vno gradu constituere personas*, &c. Th. Sanchez *de matrim. lib. 7. disput.* 50. *num.* 8. Matien. Dec. Couarr. Gregor. Lop. & alij relati per dict. Ceuall. vbi proximè, *num.* 18. Vnde vbi nuptiæ non fuerint, & de ipsis agendis non agitur, computatio prædicta non intrat, & per consequens in quæstione proposita non intrabit, & sic quasi in illa nihil per ius Canonicum dispositum fuerit, recurrendum est ad ius ciuile, vbi extat dispositum ex his, quæ tradit idem Ceuall. *d. q.* 398. *num.* 16. Secunda ratio est, quia quamuis in beneficialibus & Capellaniis Collatiuis non detur propriè successio iuxta text. *in cap. Apostolica* 8. *quæst.* 1. *& cap.* 1. *de Prabend.* & Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 7. *de reformat.* Gonzal. *d. gloss.* 5. *num.* 33. Lara *d. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 45. impropriè tamen & per similitudinem bene dicitur, quod sit successio inter consanguineos vocatos ad Capellaniam, & sic inter nos dicimus communiter: vnde in successionibus & earum iure intrat legalis & ciuilis computatio, vt ex congestis per DD. citatos & proximè citandos comprobatur. Tandem hanc partem tenent cum plurimis Garcia *d. cap.* 16. *num.* 75. & probatur ex relatis per Ceuall. *d. quæst. à num.* 14. *vsque ad* 25. & per Gonzal. *d. glos.* 5. *num.* 34. & per Sanchez *d. disput.* 50. *num.* 8. & per Riccium *d. decis.* 413. §. *final.* vbi loquitur in Capellaniis profanis in quarum computatione intrat sine dubio ius ciuile, & concluditur *in quæstione proposita suprà num.* 3. quod patruus tanquam proximior, iuxta computationem iuris ciuilis veniret præponendus filio ex fratre, & sic in similibus, & hoc attento iuris rigore, licet aliud praxis obseruet, vt *infrà n.* 7.

6 Limitatur tamen hæc conclusio, si fundator vocaret consanguineos suos vsque ad quartum gradum, quia tunc ex communi intelligentia fit computatio secundum ius Canonicum, vt cum aliis resoluit idem Garcia *d. cap.* 16. *num.* 27. *in fine*: secus autem si vocaret consanguineos simpliciter:

7 Limitatur etiam præcedens conclusio, vt procedat de iure; secus autem si praxim inspiciamus: nam ex illa in his

Capellaniis

Capellaniis Collatiuis pro consanguineis proximioribus, de quarum litigio vertitur multoties coram ordinariis, etsi in illis agatur de successione, non fit graduum computatio secundum ius ciuile, sed Canonicum, vt video practicari, & potest pro hac praxi considerari, quod tradunt Couar. & alij relati per Sanchez *d. disput.* 50. *num.* 8. nempe quod in aliis actibus & contractibus & cæteris similibus, hoc est, vbi non agitur de nuptiis contrahendis, aut proprie de hæreditatibus & successionibus: tunc quælibet computatio in proprio foro est seruanda, Canonica in Canonico, secularis in seculari: at cùm in his Capellaniis non detur propriè successio, sed ad instar & similis, vt dixi proximè *num.* 5. sic quasi in similibus actibus (vt aiunt Couarr. 4. *decretal.* 2. *p. cap.* 6. §. 6. *num.* 8. & Sanchez *d. disput.* 50. *n.* 8.) intrat computatio Canonica in eisdem Capellaniis in foro Canonico; secundum praxim super earum successione circa computationem obseruandam, licet aliud de iuris rigore esset concludendum, vt *suprà dicto num.* 5.

Præterea, si fundator vocauit ad Capellaniam Clericum ex sua familia, & concurrant duo, quorum vnus sit legitimus & natus ex parentibus legitimis; alius autem ex illegitimis, quamuis ipse legitimus, quis eorum præferatur, poterit dubitari; facit dubitationem; quia legitimus etsi à parentibus illegitimis descendat, habilis tamen est ad quæcunque beneficia, dignitates & honores, *cap. nunquam,* 56. *distinct.* tradit cum Rot. Rom. & pluribus. DD. & exemplis idem Gonzal. *d. glossa* 5. *num.* 109. *cum seqq.* vbi hanc conclusionem acerrimè defendit: præcipuè in dubio est, quando fundator loquutus est per verba ciuilia, veluti *ex sua familia*, & quando materia est proportionabilis; & sic legitimus natus ex illegitimis parentibus potest facere concursum quoad habilitatem & aptitudinem cum legitimo ex omni parte; sed dato quod hoc procedat in quæstione proposita, legitimus tam respectu sui, quam parentum erit præferendus altero legitimo, sed nato ex illegitimis parentibus: quia dubium non est, quin sit potior & melior, & habeat duas qualitates & sic iuxta supradicta *in q.* 1. *n.* 19. *& aliis quæstionibus*, præcedentiam habebit, docet idem Gonzal. *d. glossa* 5. *n.* 124. *in fine.* 8

9 Sed si Capellaniam beneficialem, in qua vocati sunt omnes de familia seu descendentes, vnus agnatus & alius cognatus prætendant, dicit idem Lara *de Capellan. lib. 2. cap. 2. num. 27. vsque ad 36.* quòd cùm hæc Capellania tanquam beneficialis diuisionem non patiatur, & sublata sit differentia agnationis per *l. maximum vitium, C. de liber.* præter quod erit locus gratificationi data paritate inter concurrentes, & ea non data dignior erit eligendus, qui dicitur is, qui rei gerendæ aptior est, & melior ad rem seu statum ad quem eligitur, multa scribit Rebuff. *in prax. de election. derogat. verbo idoneiorem, fol. mihi* 532. & infrà dicetur *in quæst.* 25. cum aliis traditis per eundem Laram vbi proximè *num.* 34. *& seqq.* cuius dicta intelligenda sunt, nisi fundator ageret in sua dispositione de conseruatione agnationis ad instar maioratus, idem Lara *d. lib. 2. & cap. 2. num. 7. & 33.* cum possit, quas voluerit, conditiones apponere, dummodo iuri conformes, Gutierr. *respons. 2. num. 1. & seqq.* idem Lara *vbi suprà num. 1.* & si expressè, aut tacitè constiterit de huiusmodi voluntate, tunc absque dubio agnatus obtinebit, & ex hoc in quadam causa super Capellania defendi, quod agnatus erat præferendus cognato ex quadam coniectura, nēpe quod in nominatione patronorum de sua parentela erant vocati agnati, ex quo inferebam ad eandem vocationem inter Capellanos eiusdem parentelæ, etsi inter illos indiuidualiter de agnatis testator memor non fuisset, sicuti inter patronos, ob eandem rationem; nam si in fauorem suæ sanguinis testator voluit agnatos patronos, hoc idem præsumendum inter Capellanos eiusdem sanguinis, ratio eadem suadebat.

10 Vlterius, si vnus de familia Sacerdos, alter verò Clericus in minoribus concurrant, quis veniat præferendus, quæri poterit; & dico, quod distinguendi sunt aliqui casus; quia si fundator ordinauit, quod vacante Capellania eligeretur Capellanus, qui celebret, & dicat tot missas, tunc non requiritur, quod Capellanus sit Sacerdos, vt cum multis Rotæ decisionibus, iuribus, & auctoritatibus & Sacr. Congregat. Cardinal. declarationibus, affirmat Gonzal. *d. gloss. 5. num. 72. vsque ad* 108. & post eum latissimè Garcia *de benefic. d. 7. part. cap. 1. num.* 85. cum pluribus sequentibus,

Maceraten.

Maceraten. *in pract. lib. 1. var. resol. resolut. 4. in decisione finali,* Riccius *d. prax. fori, tit. prax. Capellan. decis. 402. in fine* nisi fundator aliud expressisset, vocando Sacerdotem ad dictam Capellaniam, Gonzal. loco vbi proximè *num. 101. & seqq.* & magis si adiiceret, quod talis Capellanus sit actu Sacerdos, qui casus est sine difficultate, Lara *d. lib. 2. cap. 5. num. 20.* & dato quod vocaret Sacerdotem, adhuc sufficeret, quod esset talis aptitudine, hoc est, quod intra annum posset ordinari *cap. licet Canon. de elect. lib. 6.* Lara *d. cap. 5. num. 16.* cum multis Ceual. *com. contr. com. quaest. 693. num. 6. & seqq.* & idem esset, etiamsi expressisset fundator, quod praesentaretur Sacerdos: nam tunc secundum eundem Gonzal. *d. gloss. 5. num. 104. & 105.* sufficeret aptitudo; sed illum reprobat Garcia *d. cap. 1. num 58 & 63. & seqq.* vbi longa manu fundat, quod eo ipso quod fundator vocaret in presentatione Capellaniae Sacerdotem, dicens, quod praesentetur Sacerdos, debet esse talis tempore praesentationis; quia qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi, & hoc credo verius, quod etiam tenet cum pluribus Riccius *d. prax. for. & tit. praxis Capellan. decis. 402. in principio, & num. 1.* ex Rot. *in vna Parmensi iuris patronatus, 8. Iunij 1573. coram Blanchetto,* idem Ceual. *d. quaest. 693. num. 14.*

Vnde ad propositum, si ex voluntate testatoris apertè, 11 seu obscurè colligitur, quod praesentetur Sacerdos, qui talis fuerit, erit praeferendus, cùm in primis voluntas testatoris, de qua constat, sit obseruanda, Rota relata per eundem Garciam *d. cap. 1. n. 66. l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstr. l. cum virum, C. de fideicom. l. cum proponebatur, ff. de legat. 2.* cum aliis, vt per eundem Riccium *d. prax. & tit. prax. Capellan. decis. 400. num. 1.* Caesar *tract. de Eccles. hierarch. disput. 14. §. 11. num. 23. & 24.* si autem nullo modo de voluntate constat, adhuc Sacerdos consanguineus caeteris paribus erit Clerico in minoribus praeferendus, cum ex hac qualitate Sacerdotij dignior reputetur, Lara *d. lib. 2. cap. 3. num. 16.* Gutierr. *consil. 2. n. 22.* Farinac. *in decis. ciuil. nouissim. penult. decis. 628. in principio,* ibi; *item maiores ordines, quia Excobar erat Presbyter, Franciscus verò simplex Clericus,* Dec. *consil. 143. num. 13.* &c. Et sic pro aliquibus clientulis in quibusdam causis super Capellaniis defendi & scripsi:

&

& dixi cæteris paribus; quia si alter consanguineus in minoribus constitutus sit proximior fundatori, quàm Sacerdos, & possit infra annum ordinari, sine dubio erit Sacerdoti præferendus in Capellania ad quam proximior consanguineus Sacerdos non tempore præsentationis vocatus sit ex eadem ratione voluntatis testatoris:

Sin autem fundator ad tempus præsentationis se adstringat, ita vt proximior Sacerdos de parentela sua eo tempore mandet præsentari, ille de eadem parentela Sacerdos, dicto tempore præponendus erit alio proximiori non eo tempore Sacerdoti: licet ante collationem seu institutionem talis fiat, idem Garcia *d. cap.* 1. *num.* 73. *&* 74. per Rotam coram Seraphino *in vna causa Tarraconen. benef.* 9. *Decemb.* 1580. quia debet attendi tempus præsentationis, in quo loquitur voluntas testatoris, vt proximè dixi, & qualitas requisita à principio non sufficit, si postea superueniat bonus text. *in cap. si eo tempore de rescript. in* 6. Gutierr. *cons.* 1. *num.* 15. *& cons.* 2. *num.* 19. Ceuall. *d. quaest.* 693. *num.* 21. *vsque ad* 27.

Dixi etiam, quòd si ex voluntate testatoris obscurè apparuerit, quod præsentetur Sacerdos, qui talis fuerit, erit præsentandus ad denotandum, quòd pluries non est adeo aperta voluntas, vt ad indicia & coniecturas ex antecedentibus & subsequentibus non sit recurrendum, imò hoc erit vt plurimum necessarium, sicuti semel in facto se obtulit, vbi in quadam causa Hispalen. Diœcesis super Capellania coram Ill. & R. Nuncio Hispaniarum vbi testator ita disposuerat, *baya e sirua la dicha Capellania vn pariente mio si lo huuiere que sea clerigo, y sino huuiere clerigo, que los baya otro pariente mio que siga la Iglesia aunque no sea clerigo de missa*; consului & defendi, quod consanguineus primò vocatus necessariò debebat esse in ordine Presbyterali constitutus, & sic qui talis fuisset, erat similiter eligendus & præferendus; nam quamuis in prima vocatione consanguinei testator solùm vocauit consanguineum Clericum, non addens, *de Missa*, tamen in secunda vocatione declarauit, quid esset sentiendum de prima in illo verbo *pariente mio que sea clerigo* nempe *clerigo de Missa*, iuxta secundam nominationem vbi ita declarauit fundator, & cùm determinatio seu declaratio in hac secunda

da nominatione respiciat primam, ambæ sunt pariformiter terminandæ, text. *in l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pup. subst. cap. secundò requiris, de appellat.* Dec. *cons.* 92. *num.* 2. & 3. Cassador. *decis.* 9. *num.* 3. *super reg.* Cæsar de Grass. *decis.* 1. *num.* 3. *de iureiur.* relati per Gonzal. super *reg.* 8. Cancell. *gloss.* 43. *num.* 125. maximè, vbi non est diuersa ratio ex pluribus congestis per Brunor. à Sole *in suis locis commun. verbo determinatio*, Seraphin. *decis.* 1216. *num.* 7. Menoch. *in pluribus consiliis relatis & congestis in indice generali in eodem verbo determinatio*, & qualitas posita in vna dispositione censetur repetita in altera, quando præsumpta & coniecturata voluntas testatoris extat, Bart. *in l. Seia*, §. *Caio, n.* 2. *ff. de fundo instr. instrumentóque leg.* Gemin. & Franch. *in cap. mandatum de præbend. in* 6. vt per eundem Menoch. *cons.* 117. *num.* 60. *tom.* 1. cum aliis pluribus per eum relatis, & *cons.* 201. *num.* 58. vnde cùm fundator declarauerit illud verbum *clerigo* primæ vocationis, addens in secunda vocatione, *de Missa* voluisse videtur, quòd consanguineus Clericus primo vocatus esset Sacerdos, & ita non obstat, quod aliàs sub appellatione Clerici nedum Sacerdos, verum Clericus primæ tonsuræ comprehendatur *c.* 1. 21. *distinc.* gloss. & DD. *in cap.* 2. *de præbend.* Ceuall. *in dictis commun. quæst.* 524. *num.* 6. Garcia cum aliis 7. *p. de benef. cap.* 1. *num.* 90. nam hoc cessat, quando aliud colligitur ex voluntate disponentis, vt in præsenti casu; quia tunc sub appellatione Clerici Sacerdos tantum intelligitur, & amplius comprobatur; nam aliàs rectè non poterat fundator tractare in secunda nominatione de Clerico Sacerdote vocando consanguineum Clericum etiam non Presbyterum: nisi in prima de tali Clerico Presbytero intellexisse credamus: nam illa dictio, *aunque no sea clerigo de Missa*, est aduersatiua, & aduersatur præcedentibus in his, quæ sunt eiusdem generis seu qualitatis, vt per Ias. *in l. vinum, num.* 21. *ff. de rebus cred.* & Panor. *in cap. porro quamuis de priuileg.* & per text. *in cap.* 1. *de constitut. in* 6. *cap. quamuis de rescript. eod. lib.* 6. cum aliis notat Zenedo *in suis quæst. Canon. in singul. singul.* 88. vnde si dictio *quamuis* aduersatur præcedentibus, & per eam tractatur de Clerico non Presbytero, fatendum erit, quòd in prima vocatione, in qua vocatur simpliciter Clericus consanguineus, de Clerico Presbytero sermo intelliga- 1

 tur,

tur, & tritum est, quod vna pars testamenti declaratur per aliam *l. qui filiabus, §. si seruus plurium, §. final. ff. de legat.* 1. & valet argumentum ab expresso ad tacitum, Euerard. *in suis loc. legal. loc.* 27. cum pluribus congestis.

11 Et iterum in æquali concurrentia originarius loci erit anteponendus, Farinac. *decis.* 654. *num.* 5. *& decis.* 628. *num. final. & decis.* 677 *num.* 1. *in nouissim. ciuil. penult.* Abb. *in cap. ad decorem de institut.* Lara cum aliis *d. cap.* 3. *num.* 19. Spino *in specul. testam. gloss.* 3. *princip. tit. de Capell. num.* 72. cum aliis pluribus relatis per Zenedo *in collect.* 56. *ad decretales, num.* 7. & per Ceuall. *d. quæst.* 693. *num.* 35. nam semper omitto per alios relatos iterum allegare, cùm per vnum aut duos possint facilè videri, & similiter consanguineus antiquior in ordine debet præferri, Gutierr. *d. cons.* 2. *num.* 28. cum Rebuffo *tract. nominat. quæst.* 21. *num.* 6. 7. *&* 8. Hostiens. *in summa, lib.* 2. *tit. de offic. Custod. num.* 1. Farinac. *d. decis.* 628. *in princ.* ibi; *Item Excobar prius assequutus fuerat suos ordines,* &c. infrà dicam *quæst.* 14. *num.* 2. & eodem modo Baccalaureus consanguineus præponi debet alio nō Baccalaureo, idem Lara *d. cap.* 3. *num.* 3. & Gutierr. *d. cons.* 2. *num.* 25. Rebuff. *d. tract. & quæst.* 21. *num.* 43. Farin. *decis.* 625. *num.* 1. *in eisdem nouiss. ciuil. penult.* Boër. *in tract. de auctor. mag. consil. num.* 99. cum aliis, vt per eum, & multo melius si consanguineus fuerit Licentiatus & Doctor, idem Ceuall *d. quæst.* 693. *num.* 38. & infrà dicam latius *quæst.* 25. & rursus, si Clericus consanguineus fuerit à Patrono præsentatus; nam hæc qualitas illum potiorem reddit ex iuribus relatis per eundem Ceuall. *ead. quæst. num.* 29. & ideo de his qualitatibus scripsi, quia in causis patrocinando sese mihi in practica obtulerunt.

12 Sed tractatus de præcedentia Capellanorum ansam præstat, vt de his, qui Capellani Regij dicuntur, aliquid dicatur, quorum meminit Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 11. *de reformat.* & vno verbo concludo, illos esse omnibus aliis Capellanis, Clericis & beneficiatis præferendos ex duabus rationibus supradictis *quæst.* 1. *num.* 20. *& quæst.* 4. *num.* 8. nempe maiorem esse, qui à maiori recepit dignitatem, & quia electi sunt à Rege, videntur comparticipes in aliquo modo de excellentia & honore illos eligentis, sicut subditi seu familiares

participant

participant in reuerentialibus de aliqua domini excellentiâ seu reuerentia, & quia duo fratres mei simul & ego inter prædictos Capellanos Regios, qui vocantur *Honorarij*, adscripti sumus, ideo præter occasionem materiæ hoc verbum scribere non renui.

Item præferuntur supradicti Capellani Regij quibuscunque Canonicis, si in aliquo actu concurrant omnes in præsentia Regis, veluti cùm Rex adest extra suam curiam in aliqua Ciuitate, & sese offert occasio, & tempus faciendæ alicuius processionis, tunc temporis Capellani Regij, qui Regem sequuntur, præferuntur Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, & deambulant in manu dextra, & ita de iussu Regis aliquando practicatum fuisse notitiam habui, & idem circa officium & Missam celebrandam, nempe quod per eosdem Capellanos in præsentia Regis fiat, nisi in Ecclesiis aliqui Capellani inueniantur, tunc enim ipsi celebrant tanquam familiares, & hac vtuntur diligentia Præbendati, ne aliàs ab eisdem Capellanis circa officium postponantur, quod quia ipsis graue videtur in Ecclesiis eorum, & oppositiones & querelas mouent in facti contingentia: ideo fortassis varia in eisdem factis & dubiis contingent, quorum resolutio de iussu & voluntate Regia dependet, & cùm Capellani nostri accedunt ad Cathedrales, datur illis locus inter Canonicos vrbanitatis causa, vt similiter accepi, & vidi in Collegiali Ecclesia dare locum post primum Canonicum Capellano in vestibus ordinariis: inter eosdem autem Capellanos nulla præcedentia aut differentia admittitur; sed prout accedunt, sedent in Capella Regia, solum Receptor siue Magister Ceremoniarum, sedet in primo loco, & nunc vsitatum est, vt etiam iudex, vt alter Ceremoniis facilius adsit, alter autem vt pro suo officio præstantior appareat. 13

Et quod dictum est de his Capellanis Regiis, idem ego iudico de Papalibus à fortiori per easdem rationes, inter quos computantur Auditores Rotæ, qui similiter sunt Pontificis Capellani, vt ex DD. relatis *in quæst.* 8. facilè constatuit, & tradit Vestr. *in pract. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. Moneta *de Conseruat. iud. d. cap.* 5. *num.* 108. 14

15 Verum Boër.seu Ioan Montan.*in d.tract.de auctor.mag.cons. num.*78. *in fine* dixit Canonicos seculares Ecclesiæ Cathedralis esse præferendos aliis Ecclesiæ Collegialis, etiamsi sacræ Capellæ Regalis Palatij existant, quod dictum, præterquam quod dubito, probetur ex allegatis per D. Ioan. Mont. & Felin. id non probat *in cap. cum non liceat in 2. notab. de præscript.* etiam est difficile; quia tales Capellani Papæ & eius sacræ Capellæ dicuntur Romæ Prælati, idem Vestr. *d. lib.*2.*cap.*1.nisi dicamus,quod hæc Prælatura extra Capellam Papæ,& inter Canonicos suprà dictos non est considerabilis tanquam non faciens ad actum,dixi *suprà quæst.*8.*num.*7.& infrà dicam *quæst.* 27. *num.*2. sed de honestate poterunt Canonici, si casus præcedentiæ occurrerit, locum & sedem condignam arbitrio Episcopi & illorum talibus Capellanis tribuere & præstare.

QVÆSTIO XIII.

De præcedentia Cardinalium.

SVMMARIVM.

1 *Qualem dignitatem & præcedentiam Cardinales habeant?*
2 *Quod Patriarchas præcedant declaratur.*
3 *Inter quosdam Cardinales ponitur præcedentia & differentia.*
4 *Quid in Episcopis Cardinalibus?*
5 *Aliud discrimen inter eosdem Cardin. notatur.*
6 *Quid inter Cardinalem & Episcopum?*
7 *Quid inter Cardinalem & Regem?*



1 Cardinalitia dignitas amplissima est,ita vt Regiæ comparetur,vt ex Barbat.*in tract.de præstant.Card.* 1.*p.quæst.*1.*num.* 24. & Manfred. *de Cardinal. cap.*8. *n* 14. *priuil.* tradit Menoch. *consi.* 202. *num.* 128. Cassan.*in d.catal.* 4.*p.consid.* 10.*in fine,*Homobonus *de*

de statibus humanæ vitæ, part.1.cap.5. in principio, & adhuc prædictam dignitatem omnem secularē etiam Regiam antecellere scripsit Cæsar *de Ecclesiast. hierarch. disput.2. §.2. n.2.* & Cardinales dicũtur fratres Pontificis, vt quotidie nobis constat in eius litteris, idem Menoch. *cons.257. num.25.* cum pluribus text. *in cap. fundamenta, in princ. de election. in 6. & cap. felicis, eod. tit. & libro*, Paris. *de resign. benef. lib.3. quæst.1. num.71. & lib.5. q.6. num.90.* & hinc est, quod omnibus tam Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis & cæteris inferioribus præferuntur; quia inter fratres non datur alter gradus medius, vt est manifestum, Menoch. *d. consil.257. num.25.* Homobonus *vbi suprà*, *§. sunt autem.* D. Roderic. de Acuña Archiep. Brachar. super decreto *in cap.5. num.1. distinct.71. & in cap.6. distinct.93.* cum pluribus relatis, faciunt relata *suprà q.10. num.1.* & quod præferantur, docent Cassan. *d. cons.10. cap. quanquam 2. quæst.7.* Dec. *in cap. ad præsentiam de appellat. num.13* vbi cum Abb. & Card. & Andre Sicul. addidit post Papam nullam maiorem esse dignitatem, Cæsar *de Ecclesiast. hierarch. q.2. procem. §.2. num.2. & disput.2. num.1.* & eorum officium esse de iure diuino, Roman. *cons.498. n.7. & 11.* Cardinal. Tusch. *verbo Cardinal. conclus.100. num.3.* idem Paris. *d. tract. lib.12. q.4. num.6. & 15. & lib.3. quæst.18. num.73.* Moneta alios referens *d. tract. de conseruat. iud. cap.5. num.38.* Felin. *rub. de maior. & obed. num.9.* Decian. *resp.8. num.64. vol.1. & resp.37. num.31. vol.2.* cum aliis per ipsos relatis, licet alij contrarium nempe esse de iure positiuo contendant, vti refert idem Cæsar *disput.2. num.4.* & quia de hoc plures DD. egerunt particulares tractatus, vt Martin. *de laude* Andre Sycul. & Franc. Pauin. & Manfred. *de Cardinal.* & Barbat. *de præstant. Card.* Gondis Villadiego *in tract. de orig. Card.* Paris. *d. tract. de resig. benefic. lib.7. quæst.12. num.1. & seqq.* Leo *in suo Thes. fori Eccles. part.1. cap.2. num.3. & seq.* Cæsar *d. disput.2.* ideo non est necesse alios referre, nec aliud dicere cum de cæteris Cardinal. priuilegiis, & prærogatiuis possit per ipsos suprà relatos facilè videri.

Sed quod dixi de præferendis Cardinalibus Patriarchis 2 intelligendum est de consuetudine Rom. Cur. cum aliàs sciam secundum plurium DD. opinionem dubium esse de iure communi, præcipuè illis quatuor Patriarchis *suprà q.4.*

*num.*4.relatis, constat ex eod. Deciano *d. resp.*8. *num.* 184. & Cassan. *d.4.p.consid.*19.& Boër. *d. tract. de auctor. mag cons.n.*50. *& sequentibus.*

3 Cardinalis autem Episcopus, seu Viceeancellarius, Camerarius, aut Pœnitentiarius Papæ, aut manens in Curia aut legatus de Latere, dubium est an cæteris Cardinalibus præferantur, & affirmant Cassan. *d.4.p. consid.*12. *vsque ad consid.*18.Menoch.*consil.*126.*num.*13.Boër. *d.tract.ex num.* 57. *vsq. ad* 59.vbi omnia iuris Canonici iura id probantia simul cum aliis DD. recenset, & inter hos officiorum gradus primus est Vicecancellarius, secundus Camerarius, tertius autem Pœnitentiarius tradit annotatio Vestri *in pract.lib.*1.*cap.*2.*n.*6. *& lib.* 2. *cap.* 1. *num.*3. Sed in hoc distinguendum est,vt *in q.*8. *num.*7. nam aut loquimur in Capella & Consistorio Papæ, aut extra, in primo casu Cardinales habentes dignitates & & officia supradicta nullam habent prælationem,quia prædictæ dignitates non sunt de Collegio Cardinalium, nec illas habentes sedent ibi vt Episcopi aut Camerarij, &c. Sed vt Cardinales, exemplis *suprà in d. quæst.* 8. *num.* 7. relatis;in secundo autem casu habebunt prælationem dicti Cardinales, & ita Vicecancellarius in Cancellaria præfertur alio Cardinali tanquam in territorio suo, tetigi *suprà quæst.*1.*n.*14. *& infrà quæst.*32.*num.*2.& idem de Camerario aut Pœnitentiario,& docet Contelorius *de præcedentia,num.*22.& similiter præfertur Cardinalis Episcopus non Episcopo,& manens in Curia non manenti, ex ratione maioritatis, & quia habet duas qualitates,& digniora tractat, & quia multiplicatio dignitatum præcedentiam tribuit, cùm duo vincula fortiora sint vno,& quia manens in Curia est proximus Pontifici & suo capiti,vt *suprà quæst.*1.*num.*11.*& aliis quæstionibus*;colligitur hæc distinctio ex Seraphino *decis.*716.*num.*15.*&* 16. & Gratiano *disceptat.forens.tom.*2.*cap.*298. *num.*29.*vsque ad* 34.

4 Cæterùm, limitantur supradicta in septem Episcopis Cardinalibus inter quos etiam in Capella & Consistorio Papæ discrimen constituitur, cùm primum locum teneat Card. Episcop.Hostiens.quia Papam consecrat,postea Episcopus Portuen. Albanen. & Sabinen. Episcopus Palestin. Episcopus Sanctæ Ruffinæ, Episcopus Tusculanus, qui tanquam

quam Vicarij Papæ debent deseruire in altare S. Saluatoris Lateranensis Ecclesiæ in festis maioribus, tradunt idem Cassan. *d.4.p.consid.12.versic.& aduerte*, Boër. *d.tract. & num.* 50. Leo *vbi suprà, num.* 4. & ibi aduertit hodie Cardinales Episcopos sex esse, & hi septem aut sex Episcopi Cardinales, etiam in Capella Papæ alios Cardinales præcedunt, siue Episcopos, siue non, & idem est de Presbyteris Cardinalibus, quia præcedunt Diaconos, de quorum numero & nominatione idem Cassan. *d.consid.* 12. Homobonus *d. cap.* 5. *§. quo ad obligationes num.* 1.

5 Rursus aliud est discrimen considerandum inter Cardinales numerarios, & supernumerarios, quia illis postponuntur, & debent sedere in vltimo loco, & post mortem numerariorum subrogantur secundum ordinem creationis suæ, Cassan. *d.consid.*12.§.*sed iuxta, & seq.* & inter Cardinales numerarios similiter ancianitas & antiquitas obseruari debet cessante consuetudine de qua *infrà quaest.* 18. iuxta dicta de ancianitate, & antiquitate *in praedict. quaest.* & quod sic seruatur, testatur Gamma *d.decis.*1.*num.*50. & in pari ancianitate ad gradum, virtutem & nobilitatem, vt *in eisdem quaest.* 1. *& seqq.* dicitur, descensus fiat.

6 Sed quamuis Cardinalem Episcopo præferri confiteamur, hoc tamen cum distinctione accipiendum est; nam Cardinalitia dignitas etsi maior sit Episcopali in officio & administratione, Moneta *vbi suprà d.cap.* 5. *num.* 36. Scacia cum aliis inter quos Staphil. *tract. de appellation. q.*2.*art.*2.*n.*30. (Sed locus Staphil. errorem habet in Scacia, & videndus est *tract. de litteris grat. de praerogat. expectan. magis graduatis*, &c. *n.* 17.) Cæsar *d.disput.*2.§.3. ex eo quod Cardinales simul cum Pontifice iudicant totum orbem, & sunt pars corporis illius, ex quo venit quod offendens Cardinalem committat crimen læsæ maiestatis, vt per text. *in cap. felicis de pœnis in* 6. de cuius materia latè Farinac. *in sua prax. crimin. p.*2.*tom.*2.*quaest.*112.*inspect.*2 & dicuntur gremium Ecclesiæ cum aliis priuilegiis de eis traditis à DD. suprà *in hac quaestione, num.*1. relatis, facit Ceremon. Episcop. *lib.*1.*cap.*23.*fol.*40. ibi; *Thurificandus est prius ipse Cardinalis ob reuerentiam officij & dignitatis Cardinalis*, &c. minor tamen est ordine, Homobonus *de statibus humanae vitae*,

part 1.

*part.*1.*cap.*6. §. *nec dubium*, Cæsar *d.*§.3. *num.* 7. *& seq.* cum non reperiatur ordo maior quàm Episcopalis, Barbos. *in pastor. p.*1.*tit.*1.*cap.*6.*num.*4. ideoque Pontifices nomen à maiori ordine assumentes Episcopos se vocăt, & appellant, Seraphin. *decis.*606.*num.*10.*&* 11. Boër. *d. tract. & num.* 57. Felin. *d. rub. de maior. & obed. num.*9. Decius *in d. cap. ad praesentiam, num.* 11. *& seq. de appellat.* & sic intelligenda est gloss. final. *in d. c. quanquam* 2. *quaest.*7. dum dicit Episcopum maiorem esse Presbytero Cardinali, Cassan *d.*4.*p. consid.* 10. cum multis ab ipsis relatis, & hinc est, quod Episcopalis dignitas magis religiosa dicitur quàm Cardinalitia ratione ordinis annexij & necessarij, quod ita non est in Cardinalibus, idem Menoch. *d. consf.*201. *num.*139. & respectu eiusdem ordinis, nedum religiosa dicitur, verum & maior, vt cum pluribus tradit Gratian. *discept. forens. tom.*3.*cap.*590.*num.*24.

7 Demum si cum Cardinali Rex concurrat, quis ordo erit obseruandus? & illud praxi receptum video, quod Rex præcedat Cardinalem, præcipuè in territorio suo, & ita ad dextram semper incedit: quia quamuis Cardinales æquiparentur Regibus in multis, *vt suprà n.*1. tamen illud, ad quod fit comparatio, ex comparationis vi maior semper reputatur: ideóque rationabilis est præcedentia Regis respectu Cardinalis. Sed hoc non procedit in Capella & Consistorio Papæ, in qua Decanus Cardinalis præcedit Regem ex ratione supradicta, quia cùm Cardinales faciant vnum corpus cum Papa, Paris. *de resignat. benef. lib.*7.*quaest.*12. *num.* 15. & sint eius fratres, conueniens est, vt post caput, quod est Papa, aliud membrum eius subsequatur, vt ars naturam imitetur. Menoch. *d. cons.* 52. *num.* 144. *vol.*1. dixi *suprà quaest.*2.*num.*6. & constat ex Pontificali seu Ceremon. Rom. *rubr. de Receptione Regis, num.*22. & idem de Imperatore ex eod. Pontific. *d. rubric. num.*24. qui liber tanquam publicus & Authenticus facit fidem, idem Menoch. *d. cons.*52.*num.* 344. cum aliis, & dicam *infrà quaest.*27.*num.*17.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XIV.

De præcedentia Clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Dicitur, quibus præferantur.*
2 *Quomodo inter ipſos Clericos præcedentia cognoſcatur?*
3 *Præcedunt laicos & ſæculares, & affertur terribile iudicium contra eos.*

CLERICI ſæculares præcedunt regulares, per 1
text. *in cap. alia eſt, cap. legi epiſtolam* 16. *q.* 1. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordinamenti*, §. *ſæculares Clerici*, cum aliis relatis, Homobonus *de ſtatibus humanæ vitæ, cap.* 22. *in princ. part.* 1. Zalgedo *tract. de Regia protect. p.* 2. *cap.* 9. *n.* 37. 38. & 39. Felin. *rub. de maior. & obed. num.* 5. vbi reddunt rationem, quia dignior eſt cætus Clericorum quàm Monachorum; nam etſi ob votorum & arctioris inſtituti virtutem perfectior dicatur cætus Monachorum; non tamen ex hoc ſequitur, quòd ſit honorabilior, cùm ad honores & præcedentias, non ante omnia perfectio, ſeu virtus, ſed anterioritas & antiquitas conſideretur, vt ex ordine *in q.* 1. *n.* 17. & *cæteris qq ſeqq.* tradito comprehenditur, Felin. *dicto loco*, Boër. *d. tract. de auctor. mag. conſ. num.* 84. Boteus *d. tract. de Synodo*, 3. *p. num.* 29. Card. Tuſch. *verbo Clerici, concluſ.* 384. *num.* 1. Caſſan. *d.* 4. *p. catal. conſid.* 41. Fr. Man. Rodrig. *tom.* 3. *quaſt. Regular. quaſt.* 37. *art.* 1. Cùm ergo cætus Clericorum ſit antiquior, & initium ſumat à Petro, hinc eſt, quòd ſit honorabilior omnibus Religioſorum, ſeu Regularium Conuentibus; & ſic in omnibus actibus publicis ſine controuerſia practicatur iuxta ceremon. Epiſcop. *lib.* 2. *cap.* 32. *penes principium*, & *cap.* 33 §. *ordo autem*, facit rubrica *ne Clerici vel Monachi*, & Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 13. *de reformat.* ibi; *exempti omnes, tam Clerici ſæculares, quàm Regulares*, &c. arguendo ab ordi-

ne literæ & priori denominatione, quod argumentum validum est, vt *suprà quæst.* 1 *n.*3. & tradit Rodrig. *dicto loco.*

2 Inter ipsos autem Clericos præcedentiæ ratio sumi debet ab ordine, & ab ordinibus tam maioribus quàm minoribus, ita vt is præcedat, qui maiori ordine sit honestatus, iuxta text. *in d. cap. cleros*, 21. *distinct. & cap. perlectis*, 25. *distinct.* Cassan. *d. catal. & 4. p. consid.* 77. Gama *d. decis.* 1. *num.* 48. Lara de Capell. *lib.* 2. *c.* 3. *num.* 16. Luc. de Peña *in l.* 1 *n.* 1. *C. de præposit. sacri cubic.* & *suprà in præcedentibus quæstionibus* traditur, & inter pares ordine attendatur antiquitas, Hostiens. *in summ. lib.* 2. *tit. de offic. custod. n.* 1. & dixi *suprà quæst.* 11. *n.* 11. Pòstea gradus, virtus & nobilitas eo ordine, quo *in dicta quæst.* 1. *& seqq.* adnotatum remanet.

3 Præcedunt similiter sæculares & laicos: si enim Religiosos & Regulares postponendos esse constat *suprà num.* 1. ergo multo melius laicos & sæculares, quorum status & cętus per Lunam & noctis lucem designatus, conueniens erat vt Soli & diei luci, id est, Clericorum sorti & gradui, cederet, & inferior esset, ad textum *in cap. solitæ, de maior. & obedient. c. duo sunt genera* 12. *q.* 1. Boër. *d. tract. de auctor. magn. cons. num* 13. & dicam *infrà quæst.* 27. *n.* 11. hi enim duo gladij, seu duæ dignitates, & duæ luces, vt verbis vtar eiusdem *cap. solitæ*, per BB. Petrum & Paulum, significantur, per Petrum, id est, Clericũ clericorum; per Paulum verò, id est, Laicum laicorum status dignoscitur, vt constat ex B. Brigida *in suis reuelationib.* 2. *libro, cap.* 7. cuius scripta ob Ecclesiastica & Conciliaria simul & Pontificia testimonia non pudet allegare, inde sicut Ecclesia semper Paulum Petro postponit, & prius dignitatem Pontificiam & spiritalem honorat, sic etiam Clericorum status præponendus admittitur, & ante laicorum statum honorandus ex eodem literæ & prioris nominationis argumento *suprà relato num.* 1. & quia hoc in dubium videbatur, ideo referre dubius eram, retuli tamen, ne quicquam, etsi notissimum, omittatur, tanquam si de corpore membrũ, illud deforme & minus perfectum redderet: vnde terribili iudicio digni sunt laici, qui nedum Clericos, verum & Ecclesiæ iudices audacter præcedere contendunt, aut magnis diuitiis, aut sæcularibus officiis & honoribus incrassati, credentes

dentes frenetici posse cum donis Dei eius diuinum ordinem, quem in statibus signauit, perturbare audiant. Ergo eundem Beatum Apostolum Paulum ad Corinth. *cap. 6.* ibi, *Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos cōstituite ad iudicandum,* &c. minus denique poterunt Praetores, & alij secularia iudicia & negotia tractantes, Ecclesiae iudices & Praelatos praecedere, si contemptibilis in Ecclesia ad illos iudicandos Paulino iudicio praeficitur.

QVAESTIO XV.

De praecedentia Coadiutorum.

SVMMARIVM.

1 *Quibus dentur coadiutores, & quibus gaudeant praeminentiis?*
2 *An sedere vel incedere debeant in eodem loco, in quo coadiuti sedent vel incedunt? Et resoluitur.*
3 *Declaratur praecedens resolutio.*
4 *Idem sit de coadiutoribus dignitatum.*
5 *Quid de Coadiutoribus datis Archiepiscopis & Episcopis?*
6 *Affertur quaedam dubitatio circa praecedentiam in his Coadiutoribus Episcoporum, & circa eorum honorem.*
7 *Resoluitur.*



PRaesupposito, quod *in quaest. 1 num. 27. & seq.* traditum est de Vicerectoribus, locum tenentibus & Coadiutoribus: nunc in praesenti paucis vtar verbis; & dico, quòd Coadiutor, siue sit datus Episcopo, Archiepiscopo, & similibus Praelatis superioribus iuxta textum *in cap. 1. de Clerico agrot. lib. 6.* & *ibi* Scrib. Gonzal. qui plures refert *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. n. 54.* Paris. *de resign. benef. lib. 7. quaest. 20. n. 7.* Leo *in suo Thesaur. for. Eccles. pars 2. cap. 4. n. 7 1* Paul. Lancellot. *instit. iur. Canon. lib. 1, tit. 16. §. 1.* Syluest. *in summ. verbo coadiutor, num. 2.* Tusch *eod. verbo, conclus. 402. num. 1.* siue sit datus Praelatis & personis inferiori- 1

bus, de quibus idem Gonzal. vbi proximè *num.* 35. idem Syluest. *d. verbo, num.* 3. Zerola *in pract. Episcop.* 1. *part. verbo parochia*, §. *ad septimum*, Parif. *eod. tract. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 104. Leo *d. cap.* 4. *n.* 77. *vsque ad* 80. idem Lancellott. *d. tit.* 16. §. *fin.* Concil. Trident. *sess.* 21. *cap.* 6. *de reformat.* Cæsar. *d. tract. & q.* 2. *proœm.* §. 4. *num.* 22. siue coadiutoria sit temporalis, quæ vocatur Vicaria, & de qua loquitur textus *in Decretal. &* 6. *de cleric. ægrot.* Gonzal. *d.* §. 9. *ex num.* 19. *vsque ad* 40. siue sit cum futura successione, quæ dicitur habere duplicem gratiam, idem Gonzal. *d. loco ex n.* 41. *vsque ad* 97. Tusch. *d. verbo, conclus.* 401. *&* 402. Leo *d. cap.* 4. *n.* 74. *&* 75. Cæsar. *d.* §. 4. *n.* 19.

Illud certum est, quod tales Coadiutores non debent de eisdem honoribus, & præeminentiis eorum, quos coadiuuant, in pari gradu participes effici, ita vt sine differentia æqualis præcedentiæ consortes sint ex ratione & cæteris suprà dictis *quaest.* 1. *d. n.* 17. *& seqq. congestis.*

2 Ex quibus venit decidenda illa quæstio in hac materia practicabilis, videlicet an dicti Coadiutores cum futura successione in absentia Principalium sedere, vel incedere debeant in eodem stallo & loco, in quo Principales, si præsentes fuissent, sedissent, & incedissent; quia cùm illis idem honor non debeatur, cùm in reuerentialibus æqualibus non succedant, tanquam adhærentibus Principalibus & dignitatibus eorum; hinc est, quod in eodem stallo & loco collocari similiter non debeant; quod amplius comprobatur ex alia ratione concludenti; quia Coadiutores cum futura successione postquam cessauit Coadiutoria, & per obitum Principalium, in eorum locum & dignitatem successerunt, & facti sunt veri Canonici aut præbendati, & habent propriam dignitatem, Gonzal. *d. gloss.* 9. *num.* 107. tunc sedent in vltimo Canonicorum aut Præbendatorum loco, & stallo, tanquam moderniores & recentiores. Ergo quando durat Coadiutoria, & dicti Coadiutores sunt ficti Canonici, aut Præbendati, & deseruiunt principalibus, & honore alieno coruscant, non debent æqualiter honorari, cùm absurditas sequeretur, quod amplius fictio quàm veritas potuisset, & quod postea facti veri Canonici aut Præbendati ex eodem loco magis honorabili suorum principalium, ad minus honorabilem

notabilem cum dedecore descendissent, nempe ad locum moderniotis Canonici aut Praebendati: & sic in omnibus Hispaniae Ecclesiis obseruatur, vt tales Coadiutores Canonicorum in inferiori loco ante Portionarios ponantur: his & aliis rationibus & auctoritatibus in hoc concludit idem Gonzal. qui benè loquitur *d. gloss. 9. ex num. 98. vsque ad 117.* per quam cùm casus occurrerit, poterit videri, cui addendi sunt, Gratian. *disceptat. forens. tom. 1. cap. 106. num. 39.* & dicit ita seruare Rotam contra Nauarr. *cons. 2. num. 5. de cleric. ministr.* vt fuit decisum coram R.P.D. Penia Salamantin. Coadiutoriae, 15. Iunij 1593. & alia Tarraconen. quas recenset Marchess. *de commiss. ab execut. Breu. part. 1. §. 2. tom. 1.* suntque decis. 45. & 46. & eas refert Ioan. Campanil. *diuersor. iur. Can. rub. 7. cap. 6. num 107. in fin.* Barbos. *in pastor. alleg. 61. num. 14.* Contelorius *de praecedentia, num. 50.* & cum aliis censet praecitatus Leo *in d. Thesaur. fori Eccles. 2 p. d. cap. 4. num. 57. & seqq.* & licèt Riccius *in d. prax. fori, tit. prax. praecedent. decis. 578 num. 4 § his accedat*, dicat contrariũ, nempe quòd Coadiutor sedere debeat in choro in loco Coadiuti, illo absente, & sequatur Nauarr. *d. cons. 2. num. 5. de cleric. agrot.* posteà tamen à praedictis discessit *in sua praxi aurea, resol. 137.* vbi tenuit opinionem Gonzal. Gratiani, Rotae, & aliorum.

Sed proxima resolutio intelligenda erit, quando Canonici sunt in vno & eodem ordine, veluti quod omnes sunt, aut possunt esse Presbyteri, tunc enim Coadiutores sedebunt in vltimo loco eorum; secus autem si Canonici in diuersis ordinibus distinguantur, vt quia alij sint Presbyteri, alij Diaconi, alij autem Subdiaconi, Concil. Trid. *sess. 24. c. 12. § in omnibus* tunc enim Coadiutores, si fuerint dati Canonicis Presbyteris, sedebunt post eos, & ante Diaconos; & si fuerint dati Canonicis Diaconis, sedebũt in vltimo loco eorum & ante Subdiaconos; & si his dati fuerint similiter in loco & sede vltimâ collocabuntur ante Portionarios, ita vt sequantur ordinem Canonicorum, vbi sedent, & sunt sui Principales, nam cum Coadiutores sint sequela & substituti eorum & pars corporis illius ordinis, vbi ipsi existunt; ideo quemadmodum ordo praefertur ordini subsequenti, ita & Coadiutores *ex reg. accessorium cum simil. de regul. iur.* & hoc aequitas suadet, vt docet idem Leo. *d. cap. 4. num. 57. & seqq.* & 3

quia, si Coadiutores dantur Canonicis ordinis Presbyteralis, & sic sunt Presbyteri, per consequens praeferendi erunt caeteris Canonicis *in 2. aut* 3. Diaconorum aut Subdiaconorum ordine constitutis etiam primo receptis per text. *in cap. statuimus, de maior. & obed.* refert idem Leo *d. cap.* 4. *n.* 62. *&* 63. & dixi suprà *quaest.* 10. *num.* 9. *& in fine.*

4 Et idem erit obseruandum in Coadiutoribus datis Dignitatibus Cathedralium, nempe vt ponantur ante Canonicos & in vltimo loco Dignitatum per eandem rationem suprà dictam *num.* 3. & hoc tam de Canonicorum, quàm Dignitatum Coadiutoribus erit dubitabile, si adsit in Ecclesia contraria consuetudo, de qua videatur infrà *quaest.* 18.

5 Et idem similiter accipiendum erit in Coadiutoribus datis Episcopis & Archiepiscopis, qui ex supradictis cùm aequaliter honorari non possint, nec sedere in eodem Episcoporum & Archiepiscoporum loco, debebunt tamen poni & collocari in primo stallo & loco subsequenti post Pontificalem iuxta supradicta, cessante etiam consuetudine contraria, de qua infrà *d. quaest.* 18.

6 Sed quod proximè dixi, dubitabile videtur, quando verba Coadiutoriae sunt generalia cum facultate in spiritualibus, & temporalibus, & quod Coadiutores dati Episcopis & Archiepiscopis possint facere, gerere & exercere omnia, quae Episcopi aut Archiepiscopi possent; tunc enim suscepto per Coadiutores consecrationis munere, possent Ordines conferre, & Beneficia & benedictionem solennem dare, & pallio vti, vt per glossam *in d. cap. vnico de cler. agrot. in 6. verbo officium,* & Nauarr. *cons.* 1. *num.* 1 *eod. tit. lib.* 3. *p* 1. scripsit idem Leo *d. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 76. quibus addendum est bonum cons. Oldrad. 44. *num.* 2. *& seqq.* sed Concil. Nauarr. per Leonem allegatum videtur, quod non sit primum, sed tertium, & *ibi num.* 3. sentit Nauarr. quod Coadiutor non possit vti Mozeta aut pallio, vt ipse explicat, nisi Archiepiscopus moriatur, aut consentiat, & quod si sit Episcopus consecratus poterit absente vel annuente Archiepiscopo, benedictionem dare & Pontificalia exercere, & *num.* 4. quod similiter poterit conferre beneficia Archiepiscopo volente, aut non potente; secus econuerso, & *num.* 5. quod non repugnanti-

bus

bus statutis priuilegiis, aut consuetudinibus Ecclesiæ Archiepiscopalis, poterit Coadiutor sedere in sede Archiepiscopali; sicut in aliquibus Ecclesiis sedent Decanus, & Præpositus Episcopo absente.

In his ergo casibus, in quibus Coadiutores consecrati ordines & beneficia conferunt, & portant Mozettam & pallium, & sedent in sede Episcopali, aut Archiepiscopali, procedit dubitatio, vt scilicet æqualiter sint honorandi, sicut Episcopus aut Archiepiscopus coadiuti, cùm eo casu non alieno, sed honore proprio honestari, & omnia reuerentialia ad Episcopos & Archiepiscopos pertinentia in eorum vita possidere videantur. Diuersum tamen erit, si Coadiutores prædictis præeminentiis non gaudeant, nec sint consecrati, sed quasi Gubernatores, generales eligantur, nomine tamen Coadiutorum, tunc namque procedere videtur quod dicitur suprà *num.* 5.

Verùm his non obstantibus certius est, quod etiamsi prędicti Coadiutores sint cum futura successione & consecrati, & ex verbis generalibus Coadiutoriæ possint ordines & beneficia Mozettam & pallium gestare, & de consensu principalium Episcoporum benedicant & sedeant in sede eorum, nihilominus nunquam poterunt æqualiter honorari, quia quidquid ipsi faciat, negari non potest, quin nomine alieno faciant, Cæsar. *d. tract. disp.* 14. §. 9. *num.* 10. & interim dum durat Coadiutoria, non habent ius in re; sed ad rem, & aliena præfulgent dignitate, nec debent recognosci tanquam capita & superiores Diœcesis, eo maximè cùm possint contingere, vt priusquàm Episcopi aut Archiepiscopi moriantur; & hinc est, quod ad benedicendum populo per vias, & sedendum in sede Episcopali aut Archiepiscopali consensus Episcoporum aut Archiepiscoporum exigatur; & hinc etiam est, quod non licet prædictis Coadiutoribus ingredi ciuitatem pontificaliter, nec vti cruce in diuinis, nec in functionibus Pontificiis; nec dum incedunt per vrbem, nec vti Mozetta & Rochetto, nec sedere in prædicta sede Episcopali, vt totum hoc comprobatum & declaratum extat per Illustriss. Card. sacræ Congreg. *super ritibus diei Iouis* 31. *Ianuarij* 1591. in hunc modum. 7

Dic

Die Iouis 31. Ianuarij, 1591. Congregatio Illustrissimorum Dominorum Cardinalium, super sacris ritibus ad dubia, nomine Illustrissimorum Dominorum Cardinalium Palleotti & Veronen. proposita sic respondendum censuit.

Ad primum dubium censuit Coadiutori cum futura successione non licere ingredi ciuitatem Põtificaliter, quia licet sit Coadiutor cum futura successione, ex quo tamen non habet ius in re, sed ad rem, non debet recognosci tanquam superior, & caput; sed vti Coadiutor, & eo magis, quia contingere potest, vt non succedat in Episcopatu, sed prior moriatur.

Ad secundum respondit, ipsum non debere vti cruce in diuinis, nec in functionibus Pontificiis, nec dum incedit per vrbem, cùm crux sit signum & ornamentum dignitatis & iurisdictionis, & Coadiutor vtraque careat.

Ad tertium, censuit Coadiutorem Pontificalia in Ecclesia exercentem, absente Archiepiscopo, vti posse cappa, cùm ea sit tantùm ornamentum dignitatis Episcopalis, praesente autem Archiepiscopo vti debet mantelletto & Rochetto, neque licere vnquam Coadiutori vti Mozetta & Rochetto etiam absente Archiepiscopo, cùm hoc proprium sit eius penes quem est dignitas & iurisdictio.

Ad quartum respondit negatiuè, cùm vna sedes non capiat duos.

Ad quintum, censuit Canonicos esse compellendos, vt coadiutori Episcopo solenniter celebranti, & Pontificalia exercenti semper assistant; alioquin indecorum videretur, si Episcopus sine Canonicorum assistentia celebraret, necnon videretur esse contra decretum Concil. Trident. quod extensiuè huic etiam casui accommodari potest.

Quoad circulos respondit, Canonicos non debere accedere ad circulos, cùm ipsi circuli denotent membrorum vnionem ad ipsum caput, & ex superius deductis constat Coadiutorem non debere esse caput.

Quoad confessionem verò faciendam cum celebrante solenniter respondit decere, vt coadiutor Episcopus confessionem faciat cum Sacerdote Canonico celebrante, & vt idem quoque benedicat in fine Missae, ne populus praesens diuinis

diuinis benedictione Episcopali defraudetur, & iam est vsu receptum vt Episcopus benedicturus faciat etiam confessionem cum celebrante.

Ad sextum censuit licere coadiutori de licentia tamen Archiepiscopi, benedicere populo, dum per Ciuitatem incedit.

Ad septimum respondit maximè decere vt Canonici prodeant obuiam coadiutori Episcopo ad Ecclesiam Pontificaliter accedenti ad ostium Ecclesiæ, eúmque descendentem ad idem ostium deducere, imò esset valde commendandum, si nonnulli Canonici officij & vrbanitatis gratia ad ipsius coadiutoris ædes accederent.

Ad octauum respondit Coadiutorem non habere facultatem largiendi indulgentias, & sic eas Archiepiscopi nomine, si quas Archiepiscopus concedere voluerit, esse publicandas.

Ex quibus declarationibus apparet, quid sit tribuendum prædictis coadiutoribus Episcoporum & Archiepiscoporum circa præcedentias & honorem concedendum, & clara habetur cognitio multorum dubiorum, vt ait idem Ioann. Campanil. *diuersor. iur. canon. rub. 7. cap. 6. num.* 107. qui prædictam declarationem simul & alia ad eosdem coadiutores spectantia refcribit.

QVÆSTIO XVI.

De præcedentia

Collegialium, Collegiorum & Confratrum.

SVMMARIVM.

1 *Præferuntur secundum ancianitatem Collegiales & Collegia.*
2 *In pari ancianitate quid sit iudicandum?*
3 *Idem in Confratribus, & an præcedant Religiosos?*
4 *An prædicti Confratres dicantur Religiosi remissiuè?*

5 *Quid si inter Confraternitates per aliam aggregatas lis versetur?*



1 Collegiales secundum ancianitatem & antiquitatem, quam in Collegiis tractu temporis acquisierunt, sic præcedunt aut præferuntur inter se, vt præter supradicta de antiquitate in ferè omnibus quæstionibus sic experientia testastatur, quæ habetur in omnibus Hispaniæ Vniuersitatibus & Collegiis ibi fabricatis, de quibus idem est asseuerandum per eamdem rationem, vt in terminis Collegiorum scripsit Maceraten. *in sua pract. variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 81. *num.* 7. in qua resolutione disputauit an Collegium Musicorum Cathedralis Papiæ debeat præferri in processionibus Collegio Capellanorum eiusdem Cathedralis, & ex pluribus fuit factum decretum per modum prouisionis in fauorem Collegij Musicorum, de cuius antiquitate & prioritate etsi præsumptiuè constat, attamen locus Musicorum mutabilis est ad nutum & voluntatem Episcopi, ideo in his, quæ sunt facultatis, præscriptio nequit allegari, idem Maceraten *num.* 9. *cum Ripa in l. quominus, num.* 132. *ff. de flum. Non. conf.* 47. *num.* 4. Gabr. *de præscript. lib.* 5. *conclus.* 10. Bursat. *cons.* 360. *num.* 80. *vol.* 4. faciunt quæ infrà dicam *quæst.* 37. *num.* 8.

2 In pari autem antiquitate recurrendum est ad specialia priuilegia, aut prærogatiuas, ad gradum, virtutem & nobilitatem vt suprà *quæst.* 1. *& seqq.* remanet adnotatum.

3 Et id omne similiter procedit in Confratribus, probatur ex Bull. Gregor. XIII. super præcedentia in processionibus relata per Genuensem in *in d. prax. Archiep. cap.* 52. *in fine*, & per Doctorem Salgado *de reg. protect. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 26. *&* 27. & inter ipsos seruatur, ideo hoc vno verbo coniunctim de illis & Collegiis meminisse placuit, addendo tamen in Confratribus, quod ipsi in processionibus præcedunt Religiosos & Regulares, vt dispositum extat per Ceremon. Episcop. *lib.* 7. *cap.* 33. *fol.* 109. *§ ordo autem describendus in prædicto rotulo erit, vt præcedant Confraternitates Laicorum, deinde Religiosi*, &c. *& eodem lib. cap.* 32. *penes principium*, quod non videmus practicari.

4 Et de prædictis Confratribus an dicantur personæ Religiosæ,

giosæ, an per Episcopum visitari & puniri possint, & ante ipsum conueniri simul cum aliis videndum est per Gutierr. *can. quaest. lib. 1. cap. 35. per tot.* Gratian. *disceptat. forens. 3. tom. cap. 481. num. 2. 11. 12. 13. & 14.* & latè scripsit de Confratribus Leo *Thesaur. fori Eccles. part. 4. cap. 2. per tot.* Genuens. *in suis Practicabilibus Ecclesiasticis quaest. 604.* Vbi cum Valasco, Gratiano & aliis disputat, an bona Confraternitatum sine solemnitate possint alienari.

Sed quid, si quædam Congreg. aut Confraternitas alias sibi aggreget ex facultate Apostolica inter quas de prælatione litigium sit, aut si quædã Religio ex eadem facultate confraternitates erigat, & instituat, & inter easdem super præcedentia litigetur? Dico quod iuxta Bullam Clement. VIII. de anno 1604. nulla Congregatio aut Confraternitas potest nisi aliam sibi aggregare de consensu ordinarij, & cum eius litteris testimonialibus; & similiter nulla Religio potest nisi vnam instituere, aut erigere Confraternitatem cum cõsensu & eisdem litteris Ordinarij, & sic prima Confraternitas aggregata aut erecta obtinebit in litigio & casu præcedentiæ. Vlteriùs si secunda congregatio aut Confraternitas aggregata per aliam, aut erecta per Religionem litteras aggregationis aut erectionis habuerit iuxta formam & modũ ab eadem Bulla constitutum: prima autem tales litteras iuxta eundem modum non habuerit; dico hoc in casu præferendam esse secundam Confraternitatem, quia prima *ex eadem Bulla*, *§. Demum statuimus*, nulla redditur, si tempus anni in Europa, & biennij extra illam ad tales litteras consequendas lapsum sit. Refert ad litteram prædictam Bullam Leo *d. loco in fine*, & meminit etiam Campanil. *in d. diuersorio iur. Can. rub. 12. cap. 12. num. 12.* & cùm Clemens *ibi* normam ad tales aggregationes & erectiones Confraternitatum præstiterit, quoties casus occurrerit, debet præ oculis haberi. 5

QVÆSTIO XVII.

De praecedentia Consiliariorum Ecclesiasticorum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici possunt esse Consiliarij.*
2 *Adducitur casus in practica.*
3 *Inter ipsos quis praeferatur?*
4 *Honorarij quomodo praecedant?*

1 QVod Clerici, & Ecclesiastici possint esse consiliarij Regij de consuetudine receptum est apud Hispanos, vt cum multis testatur Salzedo *pract. crimin. c. 61. §. Consiliarij Principis*, & cum pluribus Cenedo *collectan. ad Decretal. super cap. clericis in sacris, ne clerici vel monachi, n. 4. fol. 265.* quo supposito videamus, qua gaudeant praecedentia; & imprimis dico, quod tales Consiliarij praecedunt omnes ministros inferiores, sicut Rex illos praecedit ex ea ratione, quia dicuntur pars corporis eius iuxta text. *in l. quisquis, C. ad l. Iuliam maiest.* & ibi omnes, & *in l. 6. tit. 2. part. 5. cap. felicis de poenis in 6.* Menoch. *Consilio 99. n. 34. vol. 1.* Boër. plures referens *tract. de auctor mag. Consf. num. 2. & 129.* Cassan. *in catal. 7. part. consid. 9. §. & potestas Senatorum, & consid. 10.* Lucas de Pen. *in l. 4. in princ. C. de palatinis sacr. largit. lib. 12.* & hinc est, q. d. tales Consiliarios Principis offendés committat crimen laesae maiestatis de quo latè Farinac. *in sua praxi criminali part. 1. tom. 2. quaest. 112. inspect. 1. num. 18. & seqq.* & ideo mirum non est, si supradictos inferiores praecedant tanquam digniores, & tales dicuntur, qui in altiori loco sedent, & altior locus dicitur, qui proximior est Domino, idem Boër. *d. tract. & num. 4.* & dictum ex *supra quaest. 10. num. 1.* & hinc dixit Felinus *d. rub. de maioritate & obedientia, n. 10.* quod signum maioritatis est sedere immediatè post Episcopum, plures

plures refert idem dicens D. Ioan. de Solorcano *in d. allegat. super praecedentia Consilij supremi Indiarum, num.* 41.

Ex praedictis, nempè *quod Consiliarij sint pars corporis Regis & dicantur illustres*, Boër. *d. tract. num.* 3. obtinui in quodam casu mihi in practica contingenti, in quo quidam consanguineus meus Consiliarius Regis aliquo aere alieno grauatus timens creditorum instantias, proposuit se tanquam dictus Consiliarius, & per consequens illustris & pars corporis Regis non posse carceribus vti alij mancipari, & ego defendi hanc partem, & tandem sic pronunciatum fuit, quam similiter coadiuuabimus alio medio, nempe probata vlterius nobilitate ipsius Consiliarij iuxta text. *in l.* 4. *tit.* 2. *lib.* 6. *recop. quaest.* Vincula simul iuncta hoc facilius effecerunt etsi vnūquodque de per se satis efficax iudicatum fuit, & ita sententia habebat, quòd tanquam Consiliarius, & nobilis non caperetur, nec debitorum ciuilium causa capturae traderetur. 2

Sed inter ipsos Consiliarios is praecedet, qui prior & antiquior fuerit, vt in praeteritis quaestionibus dictum est, & tradit in terminis Consiliariorum siue Consulum Lucas de Peña *in l.* 1. *num.* 1. *C. de Consul. lib.* 12. per illum textum, & sic practicatur D. Ioan. de Solorcano *proximè n.* 58. & inter pariter promotos ad toties repetita recurratur, vt *in quaest.* 1. *& seqq.* dicitur; Honorarij autem Conciliarij, hoc est, non habentes exercitium, habentibus non praeferuntur de iure, imò postponuntur iuxta text. *in l. omnes, C. vt dignitat. ord. serm. lib.* 12. & latè tradit Cassan. *d. Catal.* 6. *part. consid.* 1. *& seqq.* praecipuè *in* 5. *consider.* Puteus *decis.* 105. *lib.* 3. & dicam infrà *quaest.* 27. *num.* 8. idem Ioannes Solorcano *in eodem loco n.* 56. per glossam *in l. ex agentibus* 4. *verb. posteriores, C. de Princip. agent. in rebus, lib.* 12. & Boër. *de auctor. mag. consil. num.* 144. cum aliis. Sed hodie hi Conciliarij quoties ex consensu regio vacant, retinent ex priuilegio omnes honores & praelationes ad sua officia & Dignitates spectantes, & ita cessat dispositum à iure communi. 3

QVÆSTIO XVIII.

De Consuetudinis potentia in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Potens consuetudo in hac materia.*
2 *Illi regulariter defertur.*
3 *Declaratur præcedens conclusio,& distinguuntur tres casus.*
4 *Primus inter omnino æquales.*
5 *Secundus inter maiorem & minorem, & pro maiore adest consuetudo.*
6 *Tertius quando è conuerso.*
7 *Adducuntur DD.pro tertio casu.*
8 *Affertur etiam declaratio Congregationis Rituum.*
9 *Comprobatur ex alio simili & ex aliis rationibus.*
10 *Quid si consuetudo in alio tertio casu fuisset præscripta?*
11 *Requiritur etiam quod sit rationabilis.*
12 *Et quando talis potest vocari?*
13 *Iudex arbitratur super rationabilitate.*
14 *Arguitur contra Nauarrum.*
15 *Retinetur eius sententia.*
16 *Aliæ qualitates debent assistere consuetudini,& declarantur.*
17 *Prima quod consuetudo sit vera & propria,non precaria.*
18 *Secunda & Tertia sunt temporis diuturnitas & rationabilitas.*
19 *Quarta,quòd in præcedentiis acquirendis consentiant illi, seu maior eorum pars,qui possunt confirmare.*
20 *Quinta quod consuetudinis notitiam habeant, qui præiudicium sentire possint.*
21 *Sexta, quod præcedendi consuetudo obtenta sit in contradictorio iudicio,& declaratur.*
22 *Septima,quod frequentia actuum in præcedentia adsit consuetudine,& declaratur.*

23 *Octaua,*

23 ***Octaua, quòd adsit animus & voluntas in acquirente præcedentiæ consuetudinem.***



Deò potens est consuetudo in hac materia, 1
& adeò repetita & considerata, vt specificè de illa in hac quæstione tractare ob maiorem claritatem expedire iudicauerim, & ita ex præhabitis quæstionibus in præsentem tractatum illius transtuli.

Sit ergo conclusio generalis tam in quæstionibus prædi- 2
ctis, quàm dicendis, quòd consuetudo primas obtinet in hac materia, & illi regulariter, & pro vt plurimùm defertur, ita vt imprimis veniat attendenda: Constat ex ferè omnibus DD. relatis, & deinceps referendis, quorum aliquos nunc repetam, Cassan. *d. 4. p. catal. consider.* 33. *in fine* 37. 39. *&* 40. 41. *in fine*, 42. & in aliis plurimis locis, Felinus *d. rub. de maior. & obed. num.* 1. & latè *in cap. statuimus, eodem tit.* Vbi etiam Panormitanus, & cæteri Canonistæ, Boteus *d. tractatu de synodo*, 3. *p. num.* 33. Baldus *in cap. cùm olim, num.* 1. *de consuetudine*, per illum textum Riccius *praxi fori, tit. prax. præcedentiarum*, *decis.* 579. *in princ. & num.* 1. *& decis.* 578. *num.* 2. cum multis, Nauarr. *Consilio* 1. *de maior. & obed. num.* 3. plures congerit Menoch. *d. cons.* 51. *num.* 49. 50. *&* 51. *vol.* 1. *& cons.* 257. *num.* 39. *&* 42. *vol.* 3. *& consilio* 126. *num.* 2. 3. *&* 4. *vol.* 2. Decian. *d. respons.* 19. *num.* 27. *&* 37. Angelus *consilio* 111. Barboza *in pastorali, allegatione* 78. *num.* 27. Farinac. *decis.* 595. *num.* 1. *in nouiss. ciuil. penult. & decis.* 718. *num.* 3. Seraph. *decis.* 964. *per tot. Ceremoniale Episcoporũ, lib.* 2. *cap.* 33. *fol.* 109. ibi; *Vel prout de iure vel consuetudine præcedere solent*, & *cap.* 28. *fol.* 104. ibi; *vel consuetudo Ecclesiæ suadebit*, & *lib.* 1. *cap.* 23. *fol.* 40. ibi; *pro consuetudine Ecclesiarum*, &c. & in aliis locis Gratian. *disceptat. forens.* 1. *tomo, cap.* 106. *num.* 8. cum pluribus relatis, & 2. *tom. c.* 298. *num.* 8. *&* 99. Vbi Rotæ decisiones recenset *&* 3. *tom. cap.* 590. *num.* 23. Gama *decis.* 1. *num.* 49. glos. *verbo electionis in fine. in cap. penult. de officio Legati in* 6. Hostiens. *in summa tit. de officio Archidiac.* §. *quid sit eius offic. versic. tertij dicunt*, Alex. *cons.* 142. *num.* 45 *& in fine vol.* 6. Boër *in tractatu de auctor. mag. consil. n.* 49. 52. *&* 68. & aliis locis. Genuens. *in prax. Archiepiscop. cap.* 52. *num.* 1. Ruinius *cons.* 155. *num.* 4. *lib.* 4. & fuisse decisum

per

per Rotam corā R. P. D. Blanchetto in vna Mesanens. præeminentiarum, refert idem Seraphin. *decis.* 716. *n.* 18. Gram. *decis.* 64. *n.* 17. Mastril. *de magistrat. lib.* 4. *c.* 14. *n.* 1. cū multis *in tractatu de feudis, tit. quis dicatur comes*, idem Mastril. *decis.* 130. *n.* 16. Contelorius *de præcedentia, n.* 6. Doct. Ioan. Solorcan. Regius Consiliarius *in sua allegat. pro consilio supremo Indiarum, n.* 31. *&* 32. pluribus relatis, *& num.* 55. vbi inter alios refertur Ludouic. Rodulph. *de orig. potest. & dignitate ducum Italiæ, n.* 234. *&* 252. *& seq.* Salgado *tract. de reg. protect. p.* 2. *cap.* 9. *nu.* 18. cum pluribus.

3 Sed aduertendum est, quòd hæc conclusio non procedit, indistinctè & in omnibus casibus, sed accipienda est cum distinctione & temperamento; nam quamuis quis pro se alleget consuetudinem in casu præcedentiarum, & ipsam in effectu teneat; non ideo in sui fauorem sententiam esse latam sibi persaudeat; quia præterquam quòd ordo præcedendi potest aliunde prouenire, quàm à consuetudine, vt sentit Rot. Rom. per Seraph. *decis.* 326. *num.* 3. non sufficit habere consuetudinem etiam in materia in qua illi defertur vt in præsenti, nisi ipsa valeat, & sic vt videamus qualis consuetudo in hac materia valida sit, oportet distinguere tres casus.

4 Primus est, quando inter æquales dignitate, maioritate aut ancianitate, & denique omnino æquales contentio adest super præcedentia, & tunc sine controuersia procedit conclusio supradicta de consuetudine, & sic ille obtinebit, cuius partem consuetudo comitauerit.

5 Secundus casus est, quando inter maiorem & minorem, veluti in exemplis in supradictis quæstionibus relatis, similiter controuertitur de præcedentia, sed ex parte maioris adest consuetudo, & tam ratione maioritatis, quàm consuetudinis prætendit prælationem, & eodem modo in hoc casu consuetudo suum effectum operabitur, & sic sine dubio talis maior victor existet, & procedet conclusio præfata; & in his duobus casibus, cùm consuetudo sit iuri conformis, temporis diuturnitatem non requirit, sed sufficit per duos actus sic consuetum fuisse, & idem esset, si consuetudo non conformis, sed præter ius fuisset, quod est magis, & cum pluribus firmat Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 100. *n.* 23. *iunct. n.* 2.

Tertius

Tertius casus est, quando èconuerso minor prætendit ratione consuetudinis sibi fauorabilis præcedere maiorem dignitate, aut antiquitate aut cæteris prædictis requisitis; & hîc est difficultas. 6

In qua inuenio plures DD. talem consuetudinem non valere, & esse corruptelam constanter asseuerantes, & primus est Panormitanus *in consilio 21. num. 4. part. 1.* loquens in Vicario contra Archidiaconum; & post eum arguitur ex Archidiacono *1. part. in cap. inferior, num. 1. 21. distinct. decis. super decretal. in rub. de appellationibus, num. 6. & in cap. dilecti, num. 25. eodem tit.* tradunt in specie Hostiens. Ioannes Andr. Butrius & Immola *in cap. 1. de maior. & obed.* relati per Menoch. idem sententiam *in dict. consilio 126. num. 32. volum. 2.* Boteus *dict. tract. de Synodo, 3. part. num. 20.* loquens pro Vicario Episcopi contra eundem Archidiac. Felin. *dict. rubr. de maior. & obed. n. 4.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de Vicario Episcopi, num. 7.* Decian. *dict. respons. 19. num. 43.* & latius *num. 65. vol. 3.* vbi alios refert *& respons. 50. num. 25. vol. 4.* per text. *in dict. cap. statuimus de maior. & obed.* idem tenet Cassan. *d. catal. 4. part. consid. 15. in fine*, loquendo pro Presbyteris Cardinalibus contra Diaconos Cardinales, & *eadem 4. part. consid. 46.* loquendo pro Vicario contra Archidiac. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 298. num. 8. & seqq.* & *ibi* Theodos. cuius consilium inserit *num. 99.* loquentes in Parocho in actibus suæ Parochiæ contra Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, aut Collegialis, & referunt Roch. de Curt. *in tract. & c. fin. de consuetud.* & additio Boerij *litt. B. verb. tamen de consuetud. num. 79.* plura super hoc puncto tradit idem Boërius, seu vt verius dicam Ioannes Montanus *in dict. tract. de auctor. mag. consil. num. 148.* idem docuit Rot. Rom. vt per eundem Seraph. *dict. decis. 716. num. 4. & 5. ibi; & irrationabilis est consuetudo, quod non habens dignitatem praeferatur illam habenti.* Aret. *in cons. 23. in fine*, Decius *in l. cùm quid, num. 24. si cert. petat*, &c. 7

Denique hanc partem apertè probat declaratio Congregationis Rituum suprà *in quaest. 10. num. 6.* relata, vbi dicitur, quòd Canonicus Presbyter posterior præferatur priori Diacono, vel Subdiacono, ibi; *non obstante consuetudine Ecclesiæ, quæ tanquam abusiua & improbata non debet admitti*, &c. Et sic 8

M (tam

(tam ex hac declaratione, quæ vim legis habet in materia Rituum, cùm ab habente facultatem declarandi facta sit, constat ex constitut. Sixti V. 74. §. *congreg. quinta in fine, in 2. tom. Bullarij, fol.* 613. quàm ex text. *in d. cap. statuimus*, & ex tot autoritatibus relatis, quæ hanc sententiam defendunt, & confirmant) puto ipsam esse veram & tenendam.

9 Quæ probatur ex simili cælestis hierarchiæ relatæ *in cap. ad hoc* 89. *distinct.* vbi sunt diuersi ordines, & tradit idem Cassan. *d. Catal. tota* 3 *part.* & inconueniens esset, vt talis speciosissimus ordo in ecclesiasticis ordinibus designatus, in ipsis per consuetudinem destrueretur. Probatur etiam ordine naturali, qui habet, quòd maior præferatur minori iuxta text. *in cap. est ordo*, 35. *quæst.* 5. Probatur etiam ex disposit. iuris ciuilis iuxta text. *in l. vt gradatim*, *ff. de muner. & honor.* & præcipuè *ex toto tit. vt dignitatum ordo seruetur, lib.* 12.

Probatur vlterius ex omnibus rationibus & iuribus relatis in quæstionibus supradictis, & dicendis, quibus alterum alteri præferendum esse scripsi & adnotaui, vnde ex his omnibus maius resultat inconueniens, si in contrarium consuetudinem admittamus, quod cum tantorum testimoniorum & declarationum dispendio non puto admittendum.

10 Verum non ita consuetudinis potentiam in hoc tertio casu penitus excludamus: nam si consuetudo pro minori contra maiorem fuisset præscripta, vel spatio 40. annorum, vel vltra, bene crederem, quòd virtute illius minor esset præferendus, dummodo legitimè & concludenter probaret consuetudinem in specie præcedentiæ, quam conseruare aut acquirere prætendisset iuxta relatos per Gratian. *discept. forens.* 1. *tom. cap.* 79. *num.* 10. Seraph. *decis.* 326. *num.* 2. *& decis.* 159. *num.* 5. Marescot. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 4. cum aliis, & hæc sit quasi limitatio conclusionis relatæ prædicto tertio casu.

Quæ limitatio probatur, quia consuetudo inducẽs, quòd minor maiori præferatur, etiamsi sit contra ius & omnibus iuribus prædictis contraria, idem Seraphin. *decis.* 645. *num.* 1. *& decis.* 639. *num.* 1. tamen, si sit præscripta per tempus quadragenarium, valet, & sufficit secundùm ius Canonicum, cùm de iure ciuili sufficerent decem anni, docent omnes

 Canonistæ

Canonistæ *in cap. final. de consuet. iunct. glossa final.* & ibi latè Panormitanus *num. 11. versic. quantum verò tempus*, Dueñas *reg. 138 & 160. lib. 3. regular. iur. in verb. consuetudo pluribus relatis*, plures refert idem Gratian *discept. forens. 2. tom. cap. 395. num. 6.* Baldus *de præscript. 5. part. 5 princip. quæst. 12. num. 2. fol. mihi 500.* idem Gratian. *3. tom. c. 561. num. 23.* cum Rocho de Curt. *tract. de consuetud. sect. 3 num. 35.* Menochius *de arbitrariis, lib. 2. centuria 1. cas. 83. num. 7. & cons. 646. num. 10. vol. 7.* Decius *in cap. prudentiam, nu. 29. de offic. delegati*, & in hunc sensum de consuetudine præscripta accipiendi sunt Menoch. *dict. cons. 257. n. 39. vol. 3.* & Seraph. *dict. decis. 964. num. 1.* dum dicunt in hac materia seruandam esse consuetudinem, etiamsi iuris dispositioni repugnaret; ne aliàs sibi inuicem aduersari colligamus *in dictis decisionibus 645. num. 1. & 639. num. 1.* vbi non valere consuetudinem contra legem & ius clarum senserunt, & *in d. decis. 964. num. 2.* constat loqui de consuetudine præscripta.

Et non sufficit hæc qualitas, nempe prædicti temporis 11
diuturnitas seu transcursus, nisi etiam consuetudo sit rationabilis *d. cap. vlt. de consuetud.* & ibi similiter Canonistæ, Nauarr. *d. tit. de maior. & obed. cons. 1. num. 3.* Dec. *in cap. sicut [illegible] num. 36* Lancellot. *de attent. appellat. pend. limit. 48. num. 5.* [illegible] *comment. de consuetud. num. 10. vsque ad 13 & num. 44.* Francisc. Viuius *in suis commun. opinion. verb. consuetudo rationabilis*, Ceuallos *in suis etiam commun. quæst. 359.* Gratian. *discept. forens. 1. tom. cap. 79. num. 6.*

Sed difficultas erit in vidēdo, quæ ratio poterit esse, cuius 12
virtute minor habens talem consuetudinem rationabilem maiori præferatur; & dico arbitrarium esse quando consuetudo dicatur rationabilis, Ceuallos *dict. quæst. 359. §. fin.* Menoch. *d. lib. 2. centur. ? cas. 82. per totum*, vbi 5. & 7. ait, quòd illa dicitur, quæ iuri non repugnat, & est præter legem, quod similiter colligitur *ex decis. Seraphin. proximè relatis*, Nauarr. *d. cons. 1. num. 3.* vbi amplius dixit sufficere consuetudinem aliquo respectu, licèt non omni esse rationabilem.

Et sic iudex ex hoc poterit arbitrari an aliqua ratio, vel 13
respectus sit, cuius causa minor veniat maiori præferendus, exempli gratia, Abbas vti singulum Canonicum præcedit,

quia est maior; sed quando Canonicus est in choro simul cum cæteris capitulariter, iam est aliqua ratio, quæ facit vt Abbas illum non præcedat, & si pro Canonico simul adesset consuetudo, rationis prædictæ virtute fieret rationabilis, vt *in quæst. 1. num. 9.* constat, & idem in Vicario & in cæteris, quos aliis præferendos esse diximus tanquam maiores, & etiam limitandum in aliquo casu ratione particulari cum qua si consuetudo concurreret, efficitur rationabilis.

14 Sed aduersus dictum Nauarri *in dict. cons. 1. num. 3.* dum ait sufficere, quòd aliquo respectu consuetudo sit rationabilis, licèt non omni, venit in mentem meam declaratio Congreg. Cardinal. suprà relata *quæst. 10. n. 6.* dum reprobat consuetudinem, qua antiquior minor maiori moderniori præfertur, & ibi iam aderat respectus aliquis propter quem consuetudo fuisset rationabilis, nempe antiquitas minoris, & non obstante tali respectu, reprobatur consuetudo, & sic arguitur contra Nauarrum; quòd debeat esse rationabilis omni respectu.

15 Sed nihilominus veram sentio Nauarri sententiam ex eius considerationibus, quibus non repugnat præcedens declaratio, ex cuius voto præponderat qualitas maioritatis etiam in recentiori, non tamen ex hoc cõfirmat, quòd consuetudo debeat esse rationabilis ex omni respectu.

16 Vlterius prædicta consuetudo aliis qualitatibus & requisitis ad sui valorem debet exornari, de quibus videnda est glossa fin. *in dict. cap. vlt.* & Panormit. *ibi ex nu. 7. & seqq.* & cæteri scribentes, Menoch. *cons. 545. num. 20. & seqq. vol. 6. & cons. 906. n. 47. & de arbitrariis, lib. 2. cent. 1. casu* 81. 82. & 83. Decian. *d. resp. 50. num. 27.* Gratian. *discept. forens. 1. tom. cap. 79. num. 4. & seqq.* Vinius *vbi suprà* & Rebuff. *d. comment. de consuetud. à num. 36. & seqq.* Easdem ergo qualitates, vt manifestius hæc quæstio disputetur, breuiter considerabo.

17 Prima erit, quòd consuetudo sit vera & propria illius, qui prælationem desiderat, nam aliàs non opitulabitur, si sit facultatiua & facultate & voluntate concedentis precariò acquisita: quia talis consuetudo in his, quæ sunt facultatis non potest allegari ad consequendam gradus præcedentiam, vt cum Ripa *in l. quominus, num. 132. ff. de flumin.* Non. *cons. 47.*

cons.47.num.4. Gabr. *de praescriptionibus, lib. 5. concl.* 10. Bursat. *cons.360.num.80.vol.4.* scripsit Maceraten. *in sua practica var.resol. lib.1.resolut.8 1.num. 9. & de possess. facultatiua per quam acquiritur consuetudo*, quod etiam non prosit, multoties allegatur *in practica in Tribunali Ill. & R. Nuncij in Hispania commorantis* per text. *in l. 1.ff. vti possidetis*, & dicam infrà *quaest.37.num.* 16.

Secunda & tertia sunt temporis diuturnitas, & rationabilitas, de quibus iam diximus suprà *à num.10.& seqq.* 18

Quarta deducitur ex glossa finali *in dict. cap. vlt.de consuetud.* & docent Ceuallos *in dict. communibus opinion. quaest.* 357. *num.* 8. Viuius *in d. verbo consuetudo, lib. 3. quaest. 4.* Rebuff. *d. tract. de consuetud. num.* 37. vbi iura communia referunt *in §. ex non scripto, institut. de iure natur. & in l. de quibus cum l.seq.ff.de legibus*, vt consuetudo vsum populi seu maioris partis ad sui valorem expostulet, iuxta *l.quod maior.ff.ad Municip.* Gratian. *d.1.tom.& cap.79.num.5.* Menoch. *dict.consil.* 545. *num. 10.vol 6.* vbi quoad introducendam consuetudinem requiruntur in introducente seu consentiente voluntas ad consentiendum, & potestas ad authorandum & confirmandum; quia consuetudo est lex non scripta; Dueñas *regular. iuris, regula* 141. *lib. 3. in verbo consuetudo*; & sic similiter est dicendum in praecedentiis acquirendis, vt illi, qui eas possunt comprobare, confirmare, aut authorare, vel maior pars eorum, tacito vel expresso consensu, comprobent seu confirment; vnde si cõtrouersia sit in Choro, Capitulo, Synodo aut Concilio, vel Consistorio, Conuentu, Monasterio seu Consilio, aut Congregatione, vel Confraternitate, ad Chorum & Capitulum, Synodum, Concilium, Congregationem seu Confraternitatem facientes pertinet authorare & confirmare, & ad maiorem partem ipsarum communitatum, & sic in caeteris exemplis, quae offerri possunt. 19

Quinta, quod eiusdem consuetudinis seu possessionis aut praecedentiae notitiam habeant, qui praeiudicium sentire possint, vt cum Ripa *lib.2.resp.cap.25.num.17.* docuit Menoch. *d cons.545. & num.20. in fine*, idem Ripa *in cap.cum Ecclesia Sutrina de causa possessionis & propriet. num.* 114. quia tunc ipsa praecedentia ab eisdem comprobatur, & confirmatur; etsi extra communitatem, & in singulari cum aliquo indiuiduo tra- 20

 ctetur,

ctetur, ipse singularis consentiendo approbat, & confirmat cùm in sui præiudicium possit aliis authoritatem impartiri.
21 Sexta, quòd talis præcedendi consuetudo obtenta sit in contradictorio iudicio, in quo diuersæ sunt DD. sententiæ, affirmant namque gloss. Magistralis *in d. cap. final. de consuetudine*, & gloss. *verbo inueterata, in l. de quibus, ff. de legib.* & vtrobique communiter scribentes Decian. *d. respons. 19. num. 66. vol. 3. & d. responso 50. num. 27. vol. 4.* cum aliis Viuius *in d. communibus, lib. 3. verb. consuetudo debet esse obtenta in contradictorio iudicio, & versic. consuetudo quamuis cum §. sequenti* negant plures relati per Crauett. *consil. 55. num. 6. vol. 1.* & per eundem Viuium *d. verbo & loco*, vbi concordiam ponit inter has dissidentes, & communes opiniones, vt prima in actibus iudicialibus, secunda in extraiudicialibus admittatur, & hanc distinctionem sentire videtur Rebuff. *in d. tract. de consuetudine*, gloss. 3. *num. 9.* & easdem communes refert Ceuall. *in suis communibus opinion. q. 358.* pluribus relatis cum Mascardo *de probation. tom. 1. conclus. 427. in fine*, referens eandem distinctionem. Sed hæc qualitas parum proderit, *in quæstione præcedentiæ*; nam si contingat intra communitatem, & ipsa authorauerit præcedentiam, eius authoritas iudicium erit contradictorium, nec aliud requirendum; & idem, si quæstio cum persona singulari contingat præcedentiæ punctum approbante iuxta proximè dicta *in quarta & quinta qualitate*: sin autem communitas aut singularis præcedentiam reprobauerint, nec eam procedere consentierint, non erit consuetudo aut possessio vlla super qua præcedentiæ dubium innitatur; vnde iudicium contradictorium locum non habebit; proderit tamen, si post authoratam præcedentiam & acquisita consuetudo & præcedendi possessio per authorantem negetur, aut perturbetur, vt tunc per iudicij declarationem tueatur & probetur & remaneat firmior consuetudo & melius confirmata & probata, vt sentiunt Ceuallos & Mascardus *in dictis locis*, addentes non ideo ad consuetudinis probationem necessario iudicium requirendum, idem Viuius *d. lib. 3. & verb. consuetudo, quæst. 11.*
22 Septima qualitas erit frequentia actuum ex quibus possessio & consuetudo præcedendi prætenditur, sed an plures, seu

seu saltim duo sufficiant, retulit idem Ceuallos *d. quæst.* 357. cum multis, Viuius *d. lib. 3. verbo consuetudo, quæst.* 10. *& ante quæstiones, versic. ad probandum consuetudinem*, Rebuff. *d. comment. de consuetud. num.* 41. Marescot. *d. cap.* 100. *num.* 1. *&* 2. Medic. *reg.* 2. *lib. 3. regular. iur. verbo consuetudo inducitur per bonum actum*, cum aliis Menoch. *d. consil.* 545. *num.* 21. addens tales actus debere esse conformes & similes, Marescott. *d. cap.* 100. *num.* 5. idem docuit Gratianus plures referens *discept. for.* 1. *tom. d. cap.* 79. *num.* 8. *&* 9. vbi quod post frequentiã & pluralitatem actuum requiritur ipsorum continuatio, cùm per vnicum contrarium consuetudinis præscriptio interrumpatur, sed hæc qualitas arbitrio iudicis relinquenda erit, vt ipse discernat, an duo vel plures actus sufficiant, vt consuetudo ad notitiam & scientiam communitatis, seu personæ singularis deuenerit, & ita quæstio, præcedentiæ sit cognita, & tacito consensu approbata, Menoch. *de arbitrar. cap.* 81. *num.* 4. idem Rebuff. *d. num.* 41. Ripa *in d. cap. cum Ecclesia Sutrina, num.* 116.

Octaua & vltima qualitas ad introducendam consuetudinem præcedentiæ erit voluntas ex parte eorũ talem consuetudinem prætendentium, ita vt actus, ex quibus præcedentia arguitur, in duobus extremis, agente & consentiente eo animo sint facti, vt talis prælatio causetur & operetur, ita colligitur ex eodem Menoch. *d. cons.* 545. *num.* 26. & ex glossa Magistrali *in d. cap. final. de consuetud. vers. ibi.* Item requiritur, quòd sis vsus illa consuetudine siue vicibus illis quibus vsus es, eo animo, vt intendas siue credas te ius habere, & vt inposterum id facias, &c. quod ita manifestum est vt absque eo animo non erit inter partes prælationis contentio, quia non volitum, nec actum non postulabunt ex quibus hæc de consuetudinis potentia clariori stylo concluditur disputatio. 23

QVÆSTIO

QVÆSTIO XIX.

De præcedentia Inter Conductores Rerum Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Conductores veteres nouis præferuntur.*
2 *Aliæ quæstiones remissiuè referuntur.*
3 *Episcopi eorúmque Iudices & Vicarij simúlque Parochi præferuntur in domus locationẽ.*
4 *Item similiter Iudices sęculares.*

1 Conductores veteres rerum Ecclesiæ præferuntur nouis, si tantundem offerant, argumẽto text. *in l. congruit. C. de locat. præd. ciuil. lib.* 11. vbi Ioan. de Plat. & Luc. de Pen. hoc affirmãt per illum text. *in Conductoribus Fiscalibus*, latè Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 18. *num.* 6. Afflict. *decis.* 238. *num.* 3. Pereg. & Alex. relati per Gratian. *disceptat. forens.* 2. *tom. cap.* 357. *num.* 6. Azebed. *in l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 2. *recop. n.* 15. Gutierr. *lib.* 1. *practic. quæst. q.* 38. *n.* 6. qui loquuntur in minoris & Reipublicæ subhastatione, & certum est Ecclesiam Fisco, minoribus & Reipublicæ æquiparari, vt multis congestis tradit Euerard. *loc. legal. loc.* 61. 64. & 69. & in terminis Conductorum rerum Ecclesiæ scripserunt Ceuall. *in suis commun. quæst.* 756. *num.* 67. cum aliis per eum relatis, Riccius *d. prax. for. tit. prax. alienat. rer. Eccles. & tit. locationis in notabilibus, versic. in locatione, & versic. consuetud.* Gratian. vbi proximè *num.* 42. Rebuff. *in Compend. alienat. rer. Eccles. num.* 92. *in fine*, Marius Giurba *decis.* 59. *num.* 2. vbi latè & eleganter de hac materia.

2 Et per DD. relatos poterunt videri aliæ quæstiones de præcedentia inter Conductores, veluti inter scholares, qui gaudent speciali priuilegio Fisci, & Ecclesiæ, Anton. Gomez *tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. idem Gratian. *dict. cap.* 357. *num.* 24. Ioann. de Plat. *in d. l.* congruit Afflict. *dict. decis.* 238. *num.* 3. & inter

inter Conductores priuatos, qui iuxta sententiam eorundem Gomez, & Gratian. non habent prælationem, nisi legitimis causis concurrentibus, de quibus idem Gratian. *d. cap. num.* 41. qui benè loquitur, & ad illum est recurrendum, quoties prædicta in facti contingentia occurrant, prout fecisse memor sum in quadam causa Ecclesiastica, in qua defendi primum locatorem rerum Ecclesiæ esse secundò præferendum, ex eo quod aderant legitimæ causæ prælationis; nempe, quòd terras Ecclesiæ meliorauerat, & quia tantundem offerebat, & similiter inter eosdem priuatos erit causa prælationis, quod in re conducenda quis maiorem partem habeat, vt minorem habenti in Conductione præferatur, vt *in l. sancimus*, §. *ne autem*, & ibi gloss. *verbo ampliorem, C. de donat.* Bald. *in cap.* 1. *qualiter debeat iurare*, Vassallus *in tract. super feudis, in finalibus verbis*, tractat & refert Francisc. Marcus *decis.* 512. *n.* 1. item erit causa prælationis, quod Conductor secundus rem detineat, etsi alius sit tẽpore *prior*, vt argumento text. *in l. quoties*, de qua infrà *q.* 26. *C. de rei vend.* docet Couar. *lib.* 2. *var. c.* 19. *n.* 8. dicens secus esse, si secundus Conductor rem non detineret, cum aliis per eum relatis, quibus addendus est Anton. Gomez. *tom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 20. licet contrarium ex aliorum sententia teneat idem Giurba *d. decis.* 59. *n.* 15. cuius dicta, quæ de hac materia tantum tractant, ad priuatorum Conductorum præcedentias poterunt cogitari, tenet etiam contrarium idem Ceuall. *d. quaest.* 756. *num.* 58. *& seqq. ex l.* 11. *tit.* 10. *p.* 7. ex ea ratione, quia Conductor secundus non possidet nomine proprio, sed alieno, & sic eius possessio nihil prodest, nec prælationem poterit operari, quæ conclusio magis arridet.

Ex prædictis inferri potest Episcopos eorúmq; Vicarios 3
& iudices habere prælationem in domus locatione, nedum si sint veteres Conductores, verum si noui, quia in ipsis causæ iustæ & fauorabiles concurrunt ad ipsos præferendos, potiuntur enim priuilegio Fisci; nam habent Fiscum, vt patet in praxi, & notat idem Riccius *in praxi aurea, resol.* 387. *num.* 2. gaudent etiam priuilegio Ecclesiæ, quam ipsi coram populo repræsentant. Rursus eorum officia tanquam publicam vtilitatem spectantia, & ouium saluti conformia do-

mum & habitationem præcipuam & magis commodam expostulant, non tantum retinendo, sed & in possessore reficiendo, cui Ecclesia præfertur, Tiraq. *de priuileg. piæ caus. priuileg.* 35. *in fin.* & constat ex Gratiano *d. cap.* 357. *num.* 41. vbi inter causas prælationis, libertas naturalis, aut impietas euitanda, seu vtilitas publica notauit, & hæc omnia etiam in Parochis considerari poterunt, dummodo contra iudices Ecclesiasticos dicta non opponant, cum in eorum exclusionem Parochorum fauor sit infirmior, & quia aliquando fuit in praxi deductum & à me notatum contra quemdam Parochum, ideo aduertere constitui.

4 Idem etiam est à paritate rationis pro iudicibus secularibus iudicandum in domus conductione, vt ipsi cæteris quibuslibet præferantur, dummodo etiam cum dictis iudicibus Ecclesiasticis non concurrant, nec super dicto priuilegio eos excludere contendant, cùm sol in ipsis denotatus Luna sit clarior, & primus ex relatis suprà *quæst.* 14. *n. finali.*

QVÆSTIO XX.

De præcedentia Custodum.

SVMMARIVM.

1 *Quid incumbat Custodibus?*
2 *An habeant Dignitatem & præcedentiam?*

1 DE Custodibus mentionem feci suprà *quæst.* 6. *n.* 5. & est in Decretalibus titulus particularis de eis *lib.* 1 *tit.* 17. vbi *in cap.* 1. *&* 2. dicitur, quid eis incumbat, nempe cura in pulsandis tintinabulis, & in palliis & linteaminibus Ecclesiæ & lampadibus accendendis, omnia iubente Archidiacono, cui subditi esse debent, cum aliis relatis in dictis capitibus, & tractat Hostiens. *in summa, lib.* 2. *tit. de offic. Custod.* & Cæsar

de

de Ecclesiastica hierarch. q. 2. Proœm. §. 5. num. 2. Barbosa *Collectan. ad decretal. in cap. 1. num. 2. eod. tit.*

Illud autem certum est huiusmodi custodes non habere 2
dignitatem de iure communi iuxta tradita per Innocent. & cæteros DD. *in cap. de multa in fine de Praebend.* & tradita infrà *quaest. 30. num. 5.* Moneta *tract. de Conservat. iud. cap. 5. num. 103.* nisi aliud consuetudo disponat, quæ Dignitates inducit, vt suprà *in quaest. 5. num. 3.* dicitur, ad quam in puncto præcedentiæ erit quoad hos Custodes recurrendum, quorum meminit Boër. seu Ioan. Montan. *in d. tract. de auctor. mag. Consi. n. 75.* interpretando Custodem, id est, Ministrum Sacristæ, Barbosa *dictis Collect. in cap. 2. num. 5. eiusdem tit.* vbi idem esse Custodem, Sacristam & Thesaurarium adnotauit.

Et eadem consuetudo attendenda erit ad videndum, quibus præferantur, aliàs enim Custodem & Sacristæ ministrum cæteris eiusdem Sacristæ ministris, Coadiutoribus aut infima tractantibus, intelligimus tantum præferendum.

QVÆSTIO XXI.

De praecedentia Decanorum.

SVMMARIVM.

1 *Primam habent sedem in Capitulo & aliquando secundam.*
2 *Quomodo inter ipsos praecedentia diffiniatur?*
3 *Quid si cum Decanatu concurrat dignitas secularis?*



Plura dixi de Decanis suprà *quaest. 5. num. 3.* quapropter solum repeto, quod in Ecclesiis, vbi ex consuetudine primam sedem habent, & Dignitatem post Pontificalem, prout in fere omnibus Hispaniæ Ecclesiis, Barbos. *in pastoral. alleg. 57. num. 96.* Ascanius *de iure Abbatum, disput. 25. quaest. 4. num. 2.* ibi 1

omnes de Capitulo tam Dignitates, quàm Canonicos præcedunt,& ideo ſemper quoties Capitula Cathedralium vel ſcribunt, vel ipſis ſcribitur, additur in primo loco Decanus & Capitulum vel Decano & Capitulo. In Eccleſiis autem vbi non prima,ſed ſecunda eſt illorum ſedes,ſimiliter cæteros ſubſequentes de Capitulo præcedent, & Decanorum præcedentia,hoc eſt,prima ſedes fundatur, tam ex conſuetudine,& ex nominis ſignificatione,nempe Decanus,id eſt, qui primus eſt iuxta Cæſarem *d. tract. de Eccleſ. hierarch. diſp.* 12. §. 2. *num.* 9. quàm de iure communi,vt probatur ex his, quæ ſuprà dixi *d. quaeſt.* 5. *num.* 3. bonus text. *in d. cap. ex parte & cap. ad aures de reſcript. cap.* 1. *de atat. & qual.* cum aliis relatis per Monetam *tract. de conſeruat. iud. cap.* 5. *num.* 92. vbi ipſe ſic ſentit,& affirmat hos Decanos in Eccleſia Cathedrali,vel Collegiali poſſe Conſeruatoris officio fungi,& extendit etiam ad Decanos rurales, quia dicuntur habere dignitatem ex ſententia Archidiac. *in cap.* 1. *num.* 3. *de conſuetud. in* 6. quod intelligo iuxta diſtinctionem eiuſdem Archidiac. *ibi num.* 2. nempe ſi tales Decani rurales habuerint adminiſtrationem cum iuriſdictione, vel prærogatiuam & prælationem in Eccleſia ſua, vel quando ex conſuetudine pro Dignitatibus accipiuntur,aliàs ſecus;niſi etiam nomen Dignitatis lato modo accipiatur, Cæſar *d. tract. & diſput.* 12. § 6. *num* 8. & 9. dixi *ſuprà quaeſt.* 6. *num.* 7. & *quaeſt.* 36. *num.* 5. & quamuis Caſſan. *in Catal.* 4. *p. conſid.* 41. *in princip.* referat Innocent. & Archidiac. ad hoc, quod Decanatus non ſit Dignitas de iure communi : ego tamen non video,quod illud dicant,imò Archidiac. *d. num.* 3. contrarium ſcribit.

2 Inter ipſos autem Decanos ſi de præcedentia contendatur,ſupradicta conſiderentur, nempe antiquitas promotionis,gradus, virtus,& nobilitas,quia per ea, quæ in quæſtionibus ſupraſcriptis traduntur,poterit ad plura dubia reſolutio colligi, cùm leges non omnibus caſibus ſpecificè fiant, ſed per alias ſimiles iam latas ſimilium quoque cauſarum facta componantur ex text. *in l. leges vt generales, C. de legibus.*

3 Sed quid ſi Decanus habeat Dignitatem ſecularem, veluti ſi ſit Comes aut Marchio,vt in Eccleſia Hiſpalenſi contigit aliquando, numquid ex hoc in Capitulo ſeu choro

præro

prærogatiuam merebitur? Dico quod non, quia præcedentia solum prouenit ab ea dignitate, qua quis vtitur in loco, & dignitas, quæ non confert ad actum, non est considerabilis ad præcedentiam, quia est impertinens exemplo Episcopi & Canonici simul dicam infrà *quæst.* 27. *num.* 2. & exemplo Auditoris Rotæ etiam Episcopi dixi *suprà quæst.* 8. *num.* 7. & hoc attento iuris rigore: secus verò si vrbanitatis aut honestatis causa aliud admittatur, vel de consuetudine recepta prærogatiua loci recipiatur, & hæc resolutio in Dignitate seculari cum Decanatu concurrente, similiter in cæteris Dignitatibus & Præbendis Ecclesiasticis à paritate rationis accipienda erit, si cum ipsis eadem secularis Dignitas obtineatur.

QVÆSTIO XXII.

De pracedentia

Delegatorum, Conseruatorum & Inquisitorum.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus & Ordinarius quis sit potior?*
2 *Ordinarij iurisdictio præstantior est?*
3 *Quid de Conseruatoribus dicendum?*
4 *Inter ipsos Delegatos & Conseruatores præcedentia describitur.*
5 *De Inquisitoribus quid censendum?*
6 *Ordinarius & Inquisitor pares sunt & quomodo?*



Dubitari poterit an Delegatus iudex sit maior Ordinario, & ita illi preferatur? in quo dubio est distinguendum: aut loquimur habito respectu ad repræsentationem Delegati, qui Papam repræsentat, & eius vices gerit in causa sibi commissa, & tunc in ea non est dubium, quin maior sit Ordinario, & illum præcedat, tam propter dictam repræsentationem, quàm quia in illa causa priuatiuè habet iurisdictionem, quam non ha- 1

ber Ordinarius. Probatur hæc conclusio per text. *in cap. sanè, el 2. de offic. Deleg.* & *ibi* Felin. Dec. Bald. Panormit. & cæteri Canonistæ, Gratian. cum pluribus, *discept. forens. tom. 1. cap. 111. n. 65. & seqq.* Fachin. *controuers. iur. lib. 12. cap. 85.* & hæc est communis opinio, quæ amplius probatur ex illa regula pluries in præcedentibus quæstionibus repetita: nempè maiorem esse quempiam in suo territorio, & in illo omnes præcedere.

2 Sed considerando iurisdictionem Delegati in causa sibi commissa, & iurisdictionem Ordinarij, prout est, hæc videtur dignior & præstantior, quia non restringitur, & limitatur ad vnam vel alteram causam, quod fallit in Delegati iurisdictione, & hoc est, quod sentit Felinus *in dict. cap. sanè, num. 1.* docens firmiorem esse Ordinarij iurisdictionem, & plura posse, quæ non potest Delegatus; tradit in specie idem Fachin. *dict. lib. 12. cap. 84. per totum*, *§. istis non obstantibus*, idem Gratian. *dict. cap. 111. num. 75.* vbi cum pluribus affirmat maioritatem iurisdictionis maioritatem præeminentiæ & dignitatis arguere, de quo puncto, quia suprà illud tetigi *quæst. 9. num. 3.* & sunt diuersæ sententiæ, agam postea *in quæst. 27. num. 9.* & ibi resoluam.

Aut loquimur extra causam sibi commissam, & tunc Delegatus nihil est, quia dicitur priuatus & Ordinario minor, expresse Panorm. *in dict. cap. sanè, num. 3.* ibi; *est autem minor in cæteris cùm sit subditus Episcopo*, Dec. *in eodem cap. num. 16.* plures congerit, idem Gratian. *dict. cap. 111. num. 65.*

3 Idem dicendum necesse est de Conseruatoribus, cùm ipsi sint etiam Iudices Delegati iuxta text. *in cap. 1. & 2. de offic. Deleg. in 6.* & ibi glossa *in dict. cap. 1. verbo Conseruatores*, Moneta cum multis *dict. tract. de Conseruat. cap. 7. num. 36.*

4 Inter ipsos autem Delegatos obseruandum est, quod suprà multoties adnotaui, nempè vt is præcedat, qui à maiori fuerit factus & electus; & ita Delegatus à Papa creatus dignior erit alio electo à Legato de latere; & ab hoc electus similiter electo ab Archiepiscopo, & ab eo electus ab Episcopo electo dignior erit, & in pari electione prioritas, gradus, & cætera personalia præ oculis habeantur.

Non idem dicendum est de Conseruatoribus, quia solummodo à Pontifice creantur, vt ex pluribus defendit ipse

Monet.

Monet *eodem tract. cap. 4 per tot.* præsertim *num. 27. in fine*, atque ideo consideratio proxima non intrat in eis, intrabunt tamen prioritas & eadem repetita personalia.

5 De Inquisitoribus autem idem asseuerandum est, cùm etiam sint Iudices delegati, Director. *3. p. quæst. 4.* & *ibi.* Commentar. Peñæ, Simanc. *de Inquisitor. num. 6.* per textum *in cap. ne aliqui, & cap. per hoc de haret. in 6.* & ita quoties Ordinarius vtitur iurisdictione sua ordinaria, Inquisitor autem delegata in causis fidei, maior illo est, idem Director. *d. 3. p. quæst. 5. n. 4.* & Peña *in comment. ibi, §. præcipua*, &c. referens text. *in dict. c. sanè de offic. Deleg.* & ratio est, quia est Delegatus priuatiuè à SS.PP. in causis hæresis, & ita in illis maior est Episcopo, vt similiter affirmauit Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 106. num. 38. & tom. 2. cap. 298. num. 1.* Homobonus *de statibus humana vita, part. 1. cap. 8.*

Si autem Episcopus vtatur auctoritate & iurisdictione delegata in prædictis causis contra exemptos suæ iurisdictionis prout potest iuxta text. *in cap. per hoc de haret. in 6.* & clarius per text. *in cap. ad abolendam, §. si qui verò de haret. in Decretal.* Director. *dict. quæst. 5. & 4. in princip.* tunc pares sunt Ordinarius & Inquisitor, vt *num. 1. & 2. eiusdem quæst. 5.* affirmauit ipsum Directorium.

Verum quocunque modo Episcopus procedat in causis 6 fidei, siue ordinaria, siue iurisdictione delegata, ipsum Inquisitori parem existimo; nam quamuis *hoc num. in princip.* dicatur illum delegatum esse priuatiuè in causis fidei, & ita Episcopo & Ordinario maiorem, hoc intelligitur quando hic in fidei causis manum non apponit, sed comparatur tantum iurisdictio eius ordinaria extra causas fidei cum delegata Inquisitoris intra illas, quo casu indubium est hunc esse potiorem; secus autem quando Episcopus de fidei causis vbi Ordinarius aut Delegatus cognoscit per text. *in d. cap. per hoc*, tunc enim nihil inter eum & Inquisitorem distare constabit, cùm vterque *ex dict. cap.* Iudex sit competens in eisdem causis; nec obstat ratio text *in dict. cap. sanè*, per Directorium excogitata, quia etsi verum sit gener. per speciem derogari, & ita Delegatum in specie maiorem esse Episcopo & Ordinario in eadem specie, ex eo quòd videatur

tur specialiter ablata à generalitate Ordinarij, hæc ratio in causis fidei per Episcopum iudicandis non intrat, cùm etsi priuatiuè delegatæ sint Inquisitoribus, per hoc tamen Episcopis ablatæ non censentur, siue ordinaria iurisdictione, siue delegata cognoscant.

QVÆSTIO XXIII.

De præcedentia Doctorum & aliorum Laureatorum & Præceptorum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores cæteris Laureatis præferendi.*
2 *Inter ipsos quis sit potior?*
3 *Doctor Canonista in concursu & promotionibus præfertur?*
4 *Item Doctor in vtroque.*
5 *Item qui actu legit.*
6 *Item qui libros composuit.*
7 *Item antiquior.*
8 *Item à maiori Vniuersitate Laureatus.*
9 *Item qui primò Licenciatus etsi Doctor vltimus.*
10 *Quis in omni paritate sit primus?*
11 *Idem est dicendum de Licenciatis.*
12 *De filio Doctoris & insigniis Doctorum remissiuè.*
13 *An Licenciatus, Magister & Baccalaureus Doctori sit antepenendus?*
14 *Quid de Præceptoribus?*



IN *quæst.* 1. *num.* 18. *& seqq.* de Doctoribus & Doctoratu aliqua adnotaui; nunc dico, quòd ipsi Licenciatis & Baccalaureis præferendi sunt, quia Doctoratus est vltimus & supremus gradus, vt per ascensionem ad eum colligitur, & digniores sunt, qui in altiori loco sedent, vt suprà dixi *in quæst.* 17. *num.* 1. & quia Licenciati, & cæteri inferiores

riores à Doctoribus laureantur & conficiuntur, vnde meritò illos præcedunt: Boër. *d. tract. de auctor. magni consil. num. 96.* Cassan. *d. 10. p. consid. 25. penes finem* §. *vniuersalis ergo*, Lara *de Capellan. lib. 2. cap. 3. num. 3.* quia non potest plus iuris esse in causato, quàm in efficienti potentia causæ; vt Philosophi dicunt, & etiam à fortiori præferuntur non graduatis, Ceuall. *quæst. 693. num. 36. in summario.*

Inter ipsos autem DD. plures differentiæ præcedentiarum inueniuntur: nam primò Doctor Theologicus Canonistæ & Legistæ præfertur, & Canonista Legistæ, & Legista Doctori Medico seu Artistæ: omnium est conclusio *in cap. cleric. de iudic.* vt abundè testatur idem Boër. seu Ioan. Montan. *d. tract. num. 98. & 99.* Cassan. *d. consid. 25. p. 10. §. omnes tamen, & §. vniuersalis*, vbi testatur sic obseruari in Cur. Rom. vt habetur *in regulis Cancell. Iuly 2.* & hoc est attento subiecto cuiuslibet scientiæ quod est nobilius. 2

Limitatur tamen hoc discrimen in concursu beneficiorũ & Capellaniarum & in promotionibus, in quibus potius Canonista regulariter præfertur ex traditis per Laram *d. lib. 2. c. 3. n. 31.* Staphil. *de litt. grat. de prærog. expectant. magis graduatis*, &c. *n. 2. & seqq.* Panorm. *in cap. 1. n. 3. de consang. & affinit.* & *ibi* etiam Hostens. & alij per Felin. *d. rub. de maior. & obed. num. 3. in fine*, Ceuall. *d. quæst. 693. num. 38.* qui hoc admitunt, quando in loco promotionis non pullullant hæreses, sed magis ventilantur causæ, quia si hæreses pullularent, Theologus esset præferendus, Carol. de Grassis *de effectibus Cleric. in prælud. n. 102.* cũ aliis ibi relatis: sed quia hoc non ita assiduum est, vt illud præcipuè in Hispania, ideò Canonista regulariter præfertur: & secundùm hanc distinctionẽ potest intelligi Syluest. *in summ. verb. elect. 3. n. 3.* qui absolutè Theologum esse præferendum affirmauit: & huc pertinet quod Director. Inquisit. insinuauit *3. p. q. 1.* & ibi Peña *in comm. 50. litt. B.* nempè Inquisitores esse eligẽdos potiùs Theologos, quàm Iurisperitos, ex eo quod hæreses præ manibus tractant: sed Simanc. contrarium sentit, vt ipse Peña refert, & concludit, quòd, si fieri possit, Inquisitor simul Theologus & Iurisperitus eligatur, vel si sint duo Inquisitores, vnus Theologiæ, & vnus Iurisprudentiæ sit filius. 3

O Doctor

4 Doctor autem in vtroque alteri simplici præfertur, vt *suprà d. quæst.* 1. *n.* 19. & refert Ceuall. *d. quæst.* 693. *num.* 38. non repeto ibi allegatos: Carolus de Graffis vbi proximè *n.* 103.

5 Item qui actu legit, & maiora stipendia habet, Cassan. *d.* 10. *p. consid.* 26. *&* 27. Boër. *d. tract. n.* 90. & additio *ibi verb. legētes,* Felin. *d. rubr. de maior. & obed. num.* 3. Doctor Ioannes de Solorcano *in alleg. it. pro præcedentia supremi Indiarum consilij, num.* 56. loquens de decurionibus actu seruientibus, cæteris nouiter admissis præferenribus per text. *in fin. C. de Decurion. & in l.* 2. *vt dignit. ordo seruetur, lib.* 12. cum aliis.

6 Item Doctor, qui libros composuit; idem. Cassan. *eadem part. consid.* 28.

7 Item Doctor antiquior, Boër. *dict. tract. & num.* 90. Cassan. *eodem tract. consid.* 29. *& considerat.* 30. limitat hoc in iuniore in scientia & peritia excellenti, & multis exemplis comprobat, quasi iunior Doctor excellens etiam antiquiori præferatur: idem docet Boër. *dict. num.* 90. vbi eius additio *verb. nisi iunior eleganter* sublimitat hanc limitationem, vt non procedat in Doctore antiquiori à quo iunior excellens iura audiuit, cùm præter ordinem sit discipulum esse supra Magistrum.

8 Item præfertur Doctor creatus à maiori Vniuersitate, vt similiter dixi suprà *dict. q.* 1. *n.* 20. & dicam infra *q.* 27. *n.* 2. vel creatus à S. Pontifice vel Imperatore, idem Cassan. *d.* 10. *part. consid.* 31. Boër. *dict. tract. num.* 92. & additio *verbo Ab Imperatore.*

Item qui primò Licentiatus, & postea Doctor fuit, præfertur illi, qui secundò Licentiatus, & primò Doctor fuit effectus, quasi præcedentia Doctoratus assumpti incipiat retro à tempore licentiæ, & hoc licet aliquantulum difficile appareat, non tamen audeo illud impugnare propter multitudinem DD. quos Cassan. *dict.* 10. *part. & consid.* 34. & Boër *dict. tract. num.* 98. & additio *verbo Sed primam referunt,* & ipsi etiam sic tenent, quos sequitur Riccius *in sua prax. for. tit. praxis præced. decis.* 580. *num.* 3. referens Felinum *dict. rubr. de maior & obed. num.* 3. & alios, idem dicit verius esse de iure pluribus relatis, Ceuall. *com. contr. com. quæst.* 606. *num.* 32. *vol.* 2. etsi contrarium scribat fuisse iudicatum in Vniuersitate Toleti propter illius constitutiones, tractat etiam Menoch.

de

de arbitrar. lib. 2. casu 379. num. 17.

Item data in omnibus paritate inter Doctores, ad perso- 10
nalia veluti virtutem nobilitatem & diuitias recursus ha-
beatur, vt in prædictis quæstionibus remanet adnotatum, &
tradit idem Cassan. *d.* 10. *p. consid.* 35.

Et quod de Doctoribus traditur, intelligatur idem de Li- 11
centiatis, qui præcedũt Baccalaureos, & Baccalaurei Scho-
lares simplices ordine ascensionis attento: inter ipsos autem
si de præcedentia tractetur, ex dictis in Doctoribus, quid sit
obseruandum poterit inferri argumento sumpto ab identi-
tate rationis.

Et de præcedentia filij Doctoris videatur Boër. *dict. tract.* 12
num. 99 100. *&* 101. & de insignibus Doctorum, idem Cassan.
dict. 10. *part. consid.* 36. *& seqq.*

Sed quid si vnus sit simul Licentiatus, Baccalaureus & 13
Magister, eritne Doctori præferendus? & dicendum est
quòd non; nam quamuis duo vincula fortiora sint quàm
vnum, & singula, quæ non prosunt, simul collecta iuuent, &
duæ qualitates & dignitates vni tantùm præferantur, vt
cum aliis dixi suprà *quæst.* 1. *num.* 11. *&* 19. hoc tamen non
procedit, quando illa duo vincula seu dignitates de per se
non sunt sufficientia ad operandam prælationem; tunc
enim etiamsi iungantur, non illam operantur; & ita etiam-
si vnus sit Comes & Marchio, non ideo Duci præfertur, vt
cum multis scripsit Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 25.
vsque ad 29. nam semper maior dignitas attenditur, quæ in-
feriores etiam duas absorbet, sicut petitorium absorbet
possessorium, Seraphinus *decis.* 555. *num.* 7. cum aliis: & ita
in proposito Doctor præferendus erit Licentiato simul
Magistro, & Baccalaureo, tanquam habens maiorẽ digni-
tatem, quæ inferiores absorbet: docent in specie Staphil.
de litter. grat. de prærogat. expect. §. *graduatus in omnibus, n.* 1. *& seq.*
Contelorius *de præcedentia n.* 57. Boër. *d. tract. de auctor. mag. cons.*
ante n. 97. Felin. *rub. de maior. & obed. n.* 2. *in fine* & ibi additio
verbo Decretorum Doctorem, cum Román. *consil.* 333. *vers. quoad se-*
cundum num. 7. *& seq.* Cassan. *d. Catal.* 10. *part. consid.* 33. §. *ex*
his etiam, cum aliis, vt per Mastrill. *dicto loco*, præcipuè cùm
in Doctoratu licentiæ & Baccalaureatus qualitas continea-

tur, & per hos gradus ad culmen Doctoratus deueniatur, *vt suprà hac quaestione num. 1.*

De Praeceptoribus autem per easdem proximè relatas regulas de Doctoribus, poterit eorum controuersia circa praecedentias definiri.

QVÆSTIO XXIV.

De praecedentia Ecclesiarum Cathedralium & Collegialium.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiae Cathedrales caeteris debent anteponi, & adducuntur similitudines.*

2 *Idem de Collegialibus concludendum est.*

3 *Inter easdem Ecclesias Cathedrales & Collegiales quomodo praelatio desumatur?*

1 Ccclesiae Cathedrales, vt dixi *suprà quaest. 4. num. 4.* caeteris Ecclesiis debent praeeminere; & hoc propter excellentiam capitis, seu sponsi, nempe Episcopi, qui in ea residet: bonus textus *in cap. quamuis, el 1. ibi; propter ipsius honorem, de Praebend. in 6.* & ibi notant omnes secundum Decian. *resp. 50. num. 30. vol. 4.* & ea ratione Cardinales etiam omnibus Praelatis praeferuntur propter excellentiam capitis Collegij, quod est, Papa, vt *suprà quaest. 13. num. 1.* dictum fuit: & similiter eadem ratione Sponsa, seu coniux magni Principis, praeferenda erit caeteris inferioribus tanquam particeps dignitatis sui viri, cuius radiis coruscat & fulget, vt per scribentes *in l. si Augustae, ff. de legat. 2. & in l. foemina, ff. de senat.* Menoch. *consil. 204. num. 22. vol. 3.* Tiraq. *de legib. connub. l. 1. num. 18.* Luc. de Pen. *in l. muliere; num. 1. & 19. C. de dignitat. lib. 12.* & haec conclusio ab ea ratione originem etiam ducit, quia claritas tituli denotat praeeminentiam hono

honoris, vt scripsit idem Decian. *vbi proximè.*

Et idem est concludendum de Ecclesiis Collegialibus, 2
vt cæteris inferioribus præferantur propter residentiam Abbatis, cùm eadem sit in omnibus ratio, & hinc docuit cum pluribus Gratian. *discept. forens. 3. tom. cap.* 578. *num.* 16. Ecclesias Collegiatas, & earum Canonicos, Curatis & Rectoribus Parochialium esse præferendas, Botcus *d. tract. de synodo*, 3. *p. num.* 28. bona decisio Seraphini 1445. vbi decisum Ecclesiam Collegiatam esse digniorem Parochiali, & quòd dignior debet præcedere; ex ibi relatis *num.* 3. facit Concil. Trident. *sess.* 25. *cap. statuit, & sess.* 24. *cap. in pluribus, de reformat. & sess.* 22. *cap. Episcopi, de reformat.* vbi ex ordine litteræ Collegiata Parochiali præponitur, Riccius *praxi fori, tit. prax. decis. omissar. decis.* 6. *num.* 6. §. *vlt.* & licèt ipse ibi contrarium sentiat, quando Ecclesia Parochialis erat matrix, quasi tunc Collegiatæ, non matrici præferatur, ex alia decis. Seraphini 105 & contendat hanc decisionem concordare cum illa 1445. ipsa tamen decisio clarè pro Collegiata loquitur, vt dignior sit Parochiali etiam matrici; quod diuersimodè definitum fuit in illa decis. 105. vbi in fauorem Collegiatæ iura matricitatis perpensa fuerunt præter dignitatem Collegij, & eadem iura pro Parochiali non præualuerunt contra Collegiatam *in d. decis.* 1445. quasi re ipsa erectio præiudicium posuerit in dicta matricitate Parochialis, exemplo erectionis Ecclesiæ in Episcopatum, quæ reipsa maior & matrix efficitur; & cùm in eadem decisione Pontifex in erectione expresse matricitati Parochialis derogauerit, vt colligitur ibi *num.* 4. *in responsione ad clausulam, sine alicuius praeiudicio*, quæ dicitur intelligenda respectu aliorum non expressorum; & ita innuitur, quòd Collegiata in maiorem & Matricem expresse erecta fuit; nihil dubium nec contrarium in his Decisionibus reperitur. In prima enim, Collegiata, vt talis & matrix Parochiali præfertur; in secunda verò, vt Collegiata, & creata etiam expresse, aut re ipsa matrix similiter præponitur, sed de stylo parum prodest hæc quæstio, cùm erectiones in Cathedralem aut Collegiatam semper in matricibus fiant, vti ipse Riccius *ead. decis.* testatur, *in fine.* Per relatos autem videri potest quando Ecclesia dicatur Collegialis.

3 Et inter Ecclesias, aut Cathedrales, aut Collegiales, prælatio poterit ab earum antiquitate desumi, vel à qualitate; vt si maioribus & illustrioribus gaudeant Pontificum priuilegiis, quæ sunt qualitates præcedentiam operantes, vt ex prædictis quæstionibus colligitur, vel à Sanctorum corporibus & nobilioribus reliquiis, quæ habent in custodia; vel à notabilioribus miraculis in eis à Domino factis, & beneficiis miraculosè acceptis; vel à similibus qualitatibus, quæ Ecclesiam habentem condecorant & exornant; quæ qualitates in iudicis arbitrio sunt positæ, vt ex Rota Rom. *decis.* 29. *num.* 5. *in* 2. *p. in nouissim.* scripsit circa Ecclesiæ insignitatem Menoch. *de arbitrar. iud. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 158. *in fine.* Si autem concurrant Ecclesiæ circa præcedentias super earum priuilegiis disputantes, potentius priuilegium erit obseruandum, Staphil. *de litter. grat. de prærogat. expectant.* §. *magis graduatus, num.* 20.

QVÆSTIO XXV.

De præcedentia in Electionibus.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur aliqui DD. pro electionibus.*
2 *Distinctio recepta traditur.*
3 *In beneficiis & dignitatibus, quibus animarum cura incumbit, dignior eligendus.*
4 *Contrà faciens incurrit peccatum mortale.*
5 *An teneatur ad restitutionem?*
6 *An electio teneat, omisso digniore?*
7 *In beneficiis simplicibus sufficit dignum eligere.*
8 *In electione Pontificis & Cardinalium dignior præcisè nominādus.*
9 *Idem in Patronis ad beneficia parochialia præsentantibus.*
10 *Idem in Canonicatibus, Magistralibus, & Doctoralibus, & in officiis, & gubernationibus secularibus.*

11 *Quis*

11 *Quis dicatur dignior?*
12 *Ponuntur quaedam declarationes circa digniorem cognoscendum.*
13 *Praxis circa ipsius electionem refertur.*
14 *Gratificatio quid sit, & quomodo ab arbitrio differat?*

IN qualibet quæstione sese offerebat occasio 1
disputandi quis in electione dignitatum esset præferendus, & vt in vna, quid esset faciendum, traderetur, & breuitati consulerem, in præsenti illud scribere decreui, & quia plures DD. ex professo & nuncupatim de dubiis in electionum prælatione occurrentibus tractarunt, quorum recentiores sunt Gutierr. *lib. 1. Canonic. quaest. cap.* 11. vbi latissimè & Garcian. *de benefic. 7. p. cap.* 16. etiam latè Riccius *in sua praxi fori tit. prax. concursus ad Eccles. paroch. decis.* 425. Ceuall. *com. cont. com. conclus.* 659. Marescot. *lib. 1. var. resol. cap.* 52. Campanil. *diuersor. iur. Canon. rub. 6. cap. 3. num.* 31. *& seqq. & rub. 7. cap. 6. num* 70. Velascus *de priuileg. pauperum, p. 1. quaest.* 7. Gratian. *discept. forens. 2. tom. cap.* 211. Iulian. Viuian. *in prax. iuris patron. p. 2. lib. 6. cap.* 10. *num.* 14. & ipsi referunt, Molin. *de Primog.* Couarr. & alios antiquiores tam ex nostris, quàm ex Theologis: ideo cum breuitate dicam in substantia quid sit tenendum.

Sit ergo recepta per Prælatos omnes distinctio illa inter 2
beneficia Curata, Episcopatus, & inter Dignitates quibus animarum cura incumbit; & inter beneficia simplicia.

In illis resolutio est, quod dignior de necessitate eligatur; 3
ex quo tria dubia proueniunt: Primum, an hoc ita sit de necessitate, vt contrà eligens peccatum mortale committat? Secundum, an teneatur ad restituendum damnum digniore prætermisso? Tertium, an electio de digno tantum in præiudicium dignioris sit valida?

Ad Primum, certum est, quod incurrit peccatum mortale non eligens digniorem, qui ad id tenetur ex Concil. 4
Trid. *sess. 24. de reformat. cap.* 18. & ex Bulla Pij V. lata anno 1566. 15. Cal. April. super collatione Parochialium, & hæc loquuntur in beneficiis Curatis & in Episcopatibus, idem Concil. *ead. sess. 24. cap.* 1. ibi; *nisi quos digniores*, &c. *& sess 6. c. p. 1. de reformat.* ibi; *qui maximè digni fuerint*, &c. Homobonus *de*

statibus

statibus hum. vitae part. 1. *cap.* 5. *num.* 2. Barbos. *in pastor. tit.* 2. *gloss.* 3. *num.* 29. Velascus *de priuilegiis pauperum p.* 1. *cap.* 7. *num.* 2. pluribus relatis ibi *num.* 3. *vsque ad* 9. variis modis extendit & comprobat: tenet Doctorum caterua per Garciam relata *d.* 7. *p. num.* 2. Ioan. Campanel. *diuersor. iur. Can. rub.* 6. *d. cap.* 3. *num.* 32. *vsque ad* 36. vbi plura disputat, Riccius *in sua praxi fori tit. prax. iur. patron. decis.* 230. *num* 357 vbi plures refert Gutierr. *d. cap.* 11. *num.* 2. *&* 11. vbi cum Salone dicit infinitos Auctores & omnes Discipulos Diui Thomae sic sentire, Ceuall. *d. quaest.* 659. *num.* 1. Marescot. *d. cap.* 52. *num.* 21. Gratian. *d. cap.* 211. *num.* 10. 20. 31. *& seqq.* Sà *in suis Aphorismis verbo Electio num.* 8. *& vltimo*, cum aliis Theologis & iuribus ab ipsis relatis.

5 Ad secundum, quòd non eligens digniorem teneatur ad restitutionem aliqui negant, Adrian. Sot. Ledesma, Nauarr. Couarr. Molina *de Primog.* Spino, Cuchus, Didacus, Perez, Padilla, Toletus, & Lessius, relati per eundem Garciam *d.* 7. *part. cap.* 16 *num.* 26. & ipse hoc tenet *num.* 42. *& seqq.* quibus accedunt Gutierr. *d. c.* 11. *num.* 47. *& seqq* Ceuall. *dict. quaest.* 659. *num.* 2. Sà vbi proximè *num.* 8. aliqui affirmant, quorum Princeps est Caietan. Palud. Syluest. Salon. Man. Rodrig. & alij congesti per Garciam *dict. c.* 16. *num.* 30. qui in Praebendis Collegiorum, sic censet *num.* 46. & per Gutierr. *dict. cap.* 11. *num.* 47. plurimos etiam refert sic sentiens praecitatus Velascus *dict. quaest.* 7. *num.* 10. Existimo ambas sententias esse probabiles, & in hanc secundam conueniunt Gutierr. *dict. q.* 11. *num.* 55 & Garcia *dict. cap.* 16. *num.* 38. *& seqq.* quando per edictum, legem, aut statutum promittitur digniori beneficium, quasi quod tunc fiat quasi contractus cum eo & inde obligatio illi damnum restituendi subsequatur ex violatione iustitiae commutatiuae, & idem sentit Riccius *d. prax. for. & tit prax. iur. patron. decis.* 230. *num.* 357. §. *quamuis.*

Sed considerando hanc rationem videbatur mihi virtute illius obligationem hanc restituendi semper adesse, cùm semper adsit lex & statutum Concil. Trid. praecipientis & promittentis digniori beneficium, praecipuè cùm *in dicto Concilio* omnes Praelati conuenerint, & in illud consenserint; vnde est idem, ac si ipsi in edicto particulari postea talem promissionem fecissent, & hoc fortius redditur

per

per Motum Pij V. suprà relatum ex quo digniori de iustitia debetur beneficium, & ideo à reiectione illius datur appellatio, quapropter in hoc conuenit idem Garcia *d. cap.* 16. *in final. verbis* cum aliis, quos recenset Gutierr. *dict. cap.* 11. *n.* 52. *col.* 2. qui non satisfacit dicens Pium V. non expressisse *in d. Motu*, quòd contrafacientes tenerētur ad restitutionem, quia quamuis non expresserit, colligitur tamen ex ratione prædicta.

Ad tertium, quod sit valida electio de digno, prætermisso 6
digniore, tenuit eadem caterua DD. per Garciam relata *d. cap.* 16 *num.* 2. & vltra eos Gutierr. *dict. cap.* 11. *n.* 23. Gratian. *dict. cap.* 211. *n.* 13. referens diuum Thomam, Sot. Decium & alios; sed hodie virtute dicti Motus Pij V. reuocanda erit prouisio Parochialis digno facta in præiudicium dignioris, siue Ecclesia sit libera, siue Iurispatronatus, per iudicem ad quem per digniorem fuerit appellatum dict. Gutierr. *d. cap.* 11. *num.* 24. ad quod est necessarium constare de iudicio irrationabili Episcopi ex eodem Mot. & est decisum per Rot. vt aduertit Marescot. *dict. lib.* 1. *cap.* 52. *num.* 24. Riccius *d. prax. fori*, *tit. praxis concursus ad eccles. Parochiales, decis.* 426.

In his autem non est de necessitate, quòd dignior eliga- 7
tur, cùm dignus & idoneus sufficiat, dummodo non sit indignus, vt ex eisdem DD. sic distinguentibus colligitur: consultius tamen semper esset digniorem eligere, vt pro regula generali tradidit glossa *verbo Sanctiores in cap.* 2. *de offic. Cust.* Tiraquel. latè *de iure Primog. in præfat. num.* 175. Garcia *d. cap.* 16. *num.* 21. Gutierr. *dict. cap.* 11. *num.* 53. *in fine*, Dueñas *fallent. regul. iur. reg* 236.

Idem intelligendum est maiori ratione de electione 8
Pontificis & Cardinalium, nempe quòd dignior & digniores eligi debeant, vt de illo loquens scripsit Syluest. *in sum. verbo Electio* 3. *num.* 3. idem Campanil. cùm plurimis *dict. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 70. & de illis extat dispositum ex Concil. Trident. *dict. cap.* 1. *sess.* 24. *de reformat.* ibi; *selectissimos tantum sibi Cardinales asciscat*, & c. & tradit Homobonus *de statibus hum. vitæ, part.* 1. *cap* 5. *num.* 2.

Idem etiam tenendum est in Patronis Ecclesiasticis ad 9
Curata beneficia præsentantibus, vt digniores debeant præ-

sentare ex eodem Garcia vbi suprà *n.* 18.*&* 19.& Gutierr. *n.* 27.*&* 28.Gratian.*dict. cap.* 211.*num.6. vsque ad* 19. Campanil. *dict.rubr.6.cap.3.num.*32.§ *Patronus*, Velascus *dict.tract. & quaest.* 7.*num.* 8. *cap. quoniam de iurepatron. cap. si fortè*,63. *distinct.* nam Patroni laici ad hoc non arctantur ex eodem Concil. Trid. *cap.* 18.*sess.*24.sic distinguunt proximè relati, quos etiam sequi videtur dict. Iulian Viuian.*in dict.prax.iur.patron. lib.6.cap.* 10.*num.*17.Riccius *dict.decis.*230. *tit. prax. iur. patron. num.* 355. Et si tales Patroni Ecclesiastici indignum præsentarent, priuarentur iure præsentandi, Ceuall.*dict. quaest.* 659. *num.*4. Viuian.*vbi proximè*;non tamen sic Patroni laici *ex l.5.tit.15.p.* 1.vbi Greg.dicit communiorem opinionem à qua in consulendo & iudicando non est recedendum, vt ait Ceual. *dict.loco*

10 Et an idem sit asseuerandum in Canonicatibus, Doctoralibus & Magistralibus & Præbendis Collegiorũ, & etiam officiis & muneribus secularibus, à quibus regimen commune dependet, videri potest per eosdem Garcian. *dict.loco,num.*46. & Gutierr. vbi proximè *num.* 32. *& seqq. vsque ad* 42.*&* 55.affirmatiuè tenentes.

11 Præterea restat adnotare quis dignior dicatur, & miror quomodo Garcia *d.cap.*16.hoc non scripsit: est ergo ille,qui iuxta munus & rem cui præficiendus est, aptior eius ministerio apparet:non autem sanctior de per se, vel doctior, non diues aut Principum lateribus comitatus, non nobilis & sanguine illustris, sed solum is, qui attentis eius partibus, & conditionibus,& cæteris congruentiis magis aptus muneri constat,provt si cognitus sit & moribus optimis approbatus,aut si habitaret in loco beneficij; vel fuisset ibi originarius, Doctor Ioann.de Solorcano *dict.allegat.super praeceden. num.* 92. aut alio modo tradit cum Couarr. Lambert. Soto, Rodrig.Menoch.& Rota, idem Riccius *dict. prax.for.tit.prax. concur.ad Eccles.parochial.decis.*425.*num.* 2. *& tit.prax.iur.patron.d. decis.*230.*num.*359.idem Campanil. *dict. rubr.* 6. *cap.* 3. *num.* 35. vbi loquitur in eo,qui creditur seruiturus Ecclesiæ, & *num.* 36. quòd emendatus ac pœnitens semper bono præferendus erit:idem Riccius *in sua prax. aurea, resol.* 348. vbi cum aliis addit hoc esse in arbitrio & iudicio Superioris; Gutier. alios

alios etiam referens *d. lib. 2. cap.* 11. *num.* 63. Ceual. *dict. quaest.* 659. *num.* 3. Marescot. *dict. cap.* 52. *num.* 25. 26. *&* 27. Zerol. *in prax. Episcop. 1. part. verb. beneficia, §. ad octauum,* Farinac. *decis.* 654. *num.* 2. *&* 5. *& decis.* 655. *num.* 1. *&* 2. *in nouissim. ciuil. penultimis,* Barbosa *remissiones in Concil. in dict. cap.* 18. *sess.* 24. *fol.* 129. *num.* 27. cum pluribus ad quos remittit Ceuall. *quaest.* 697. *num.* 28. *& seqq.* vbi ponit exempla praelationis, tam ex causa nobilitatis & originis, quàm paupertatis, gradus & senectutis, idem Gutierr. *cons.* 2. *num.* 13. 22. *& seqq. vsque ad vltimum,* idem Viuian. *d. praxi iuris patron p. 2. lib.* 12. *cap.* 14. vbi eadem & alia exempla rescribit Barbosa *in pastorali, allegat.* 72. *numero* 202. *vsque ad* 205. D. Rodericus de Acuña Archiepiscopus Bracharensis *super decreto in cap. consuluit, num.* 2. 9. *distinct.* loquens de seniore, iuniori praeferendo in beneficiis.

Sed illud, nempe quòd originarius dicatur dignior in collatione beneficiorum iuxta regulam 15. Cancell. de qua meminit Zalcedo *in pract. crimin. cap.* 54. *num.* 9. declarationem expostulat: nam si concurrant duo, quorum alter sit naturalis in ciuitate seu loco beneficij, & habuerit parentes alienigenas; alter autem illos naturales habeat, licet ipse sit alienigena, difficultas erit in electione eorum, & quamuis filius sequatur originem patris *l. assumpt. §. filius, ff. ad Municip. l. filios, C. de Municip. & origin. lib.* 10. cum aliis congestis ab eodem Zalcedo *dict. cap.* 54. *num.* 25. & à Barbosa *tract. de iudic. in l. haeres absens, §. proinde de foro, num.* 3. 24. *& aliis,* & à Riccio *dict. prax. fori, tit. prax. sacrament. ord. decis.* 298. *num.* 4. attamen origo & natiuitas ex propria persona dubium non est, quin sit prior & dignior illa, quae prouenit ex aliena, exemplo suprà relato de Coadiutoribus *quaest.* 15. *num.* 2. *& sequentibus*; & ita filius verè natiuus loci ex sua persona praeferendus erit illi, qui sortitur forum ex sui parentis origine: & similiter si alter concurrens sortiatur forum in loco ratione originis, & alter ratione domicilij, origo praeualebit, cùm ars non sit suprà naturam, nec fictio superet veritatem, sed è contra, vt etiam dixi suprà *dict. quaest.* 15. *& num.* 2. Sed quid si origo non sit ex propria persona, sed patris concurrentis, & alter habuerit forum ratione sui domici- 12

lij: adhuc censeo originem potiorem, cùm pater & filius vna & eadem persona dicantur, & quia adeò potens est origo paterna, vt inter illam & propriam si resultent contrariæ qualitates, præponderabit qualitas procedens ex origine paterna, Boërius *decis.* 13. *num.* 49. Barbosa *in dict. l. hæres absens, §. proinde de foro, num.* 36. cum plurimis per ipsos relatis. Rursus si alter prætendat concurrentiam ratione originis auitæ cum alio, qui sit originarius vel ex sua vel ex parentis persona; hic erit præferendus, qui magis propriè & verè dicitur loci naturalis, ex ratione proximè dicta: & quia licet nepos forum contrahat per natiuitatem aui, quando viuo eo conceptus fuit iuxta sententiam eiusdem Barbos. *in d. l. hæres absens, d. §. proinde de foro, n.* 27. *vsque ad* 32. per quem rationes & DD. poterunt videri: hoc tamen credo non practicari; præcipuè quia in beneficiorum collatione, in quibus ordo consequenter recipiendus est, difficultate non caret prædicta Barbos. opinio; imò in hoc casu nepotem forum aui non sequi Rota Romana tenet declaratum, & sic sentiunt alij DD. vt per eundem Riccium *d. prax. fori, & tit. prax. sacram. ord. decis.* 298. *num.* 5. Vlterius si duo concurrentes sint vel ambo domiciliarij, vel in loco originarij ex propriis personis, & vnus antiquiorem originem vel domicilium opponat, etiam credo quod hoc in practica in consideratione non est, nec attenditur, licet de rigore benè posset.

13 Viso iam de iure quomodò Dignior cognoscendus sit, & eligendus, modò videamus in praxi quomodò cognoscatur & eligatur. Examinatores in Synodo deputati, vel alij ab Episcopo nominati illis deficientibus, ex his quæ tradit præcitatus Riccius *d. praxi fori & tit. prax. concursus ad Eccles. Paroch. decis.* 418. ex oppositoribus ad Parochiales eligunt aliquos peracto concursu, quos attentis circunstantiis requisitis per Concil. *sess.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* iudicant idoneos, & ex illis Episcopus magis idoneum similiter eligit, sed numquid examinatores prædicti idoneiorem & digniorem poterunt apertè renunciare? nequaquam, quia iudicium & electio de digniore illis tributa non est per Concilium *in d. cap.* 18. vt constat ibi; *quotcumque ab his idonei iudicati fuerint*, sed tantum iudicium de idoneis, ex quibus Episcopus seu Ordinarius

dinarius digniorem iudicauit ex eodem Concilio & declaratum extat per Sacr. Congreg. vt refert Marzilla *in suu declarat. lib. 1. tit. 2. super dicto cap. 18. §. peracto examine*, Nicol. Garcia *de beneficiis, 9. parte cap. 2. num.* 108. *& seqq.* Barbos. remissiones ad Concil. *super dicto cap.* 18. *num.* 22. Homobonus *de statibus humanæ vitæ, part.* 1. *cap.* 13. *num.* 4. *versiculo Ferunt aliqui*: & hinc est, quod aliquando excedentibus examinatoribus iudicij sui metas, & digniorem renunciantibus, eorum iudicium per Episcopum reiiciatur, eis præcipiendo vt iterum censuram seu renunciationem intra idoneorum terminos conficiant: possunt tamen ipsi duobus in casibus digniorem indicare. Primò, Episcopo petente & consentiente ex eodem Garcia *d. cap.* 2. *num.* 110. cum aliis, & in casu dubio ipsis examinatoribus requisitis & accersitis vt ex Zerol. Medina & Ledesma & Fr. Ludouico Lopez scribunt præcitati Garcia *d. cap.* 2. *num.* 112. *& seqq.* & Barbos. *d. loco num.* 26. Secũdò, possunt implicitè & tacitè eundem digniorem renunciare, quamuis censura de solis dignis & idoneis loquatur ante omnes illum renunciando, vt practicatur, ex hoc namque prærogatiuæ qualitas insinuatur ex ordine litteræ & ex priori nominatione, vt dixi suprà *quæst.* 1. *num.* 3. *&* 9. & in aliis quæstionibus: Item confecta censura & renunciatis idoneis non sub inuolucro verborum, sed rationibus & qualitatibus separatis explicatis & distinctis circa ætatem, mores, doctrinam & prudentiam, & alia si occurrant, adeo vt si renunciatio fiat quoad scientiam omissis moribus; nulla sit ex alia Declaratione, vt per Marzillam *d. §. peracto examine, in fine*, non oportet, quod in calculo censuræ apponatur clausula, *quod Episcopus eligat quempiam ex illis*, quasi quod huius clausulæ virtute omnes æqualiter renuncientur, & Episcopus non habeat curare de digniore, & hoc ex duabus rationibus, Prima, quia si primus nominatus tanquam dignior antepositus est, præiudicium infertur illi, si in fine clausula æqualis subsequatur, cum iam illa prioritas & qualitas nihil operetur. Secunda, nam ex prædicta æqualitatis clausula Episcopus non inquirit de digniore, ex eo quod omnes sunt æquales, & ita sibi magis grato gratificat, & in examinatores, conscientiæ periculum transfundit, qui vt ab eo

P 3 sint

sint immunes censuram de idoneis tantum renuncient, & ex priori aut meliori nominatione; item ex qualitatibus melioribus distinctis digniorem & meliorem tacitè significent, & in censura subscribāt clausulam in hunc modum, Quod Episcopus quem magis expediat assumat, vt ipse iudicium & mentem examinatorum sequatur de digniore occultè iudicato, vel ex variis sibi notis circa eum eligendum moueatur, & ita alium in censura nominatum eligat licet prioritatis prærogatiua carentem, & sic semota æqualitatis clausula necessarium erit Episcopo inquirere de digniore vel ab ipsis Examinatoribus seu aliunde, ne cum digno tantum contentus conscientiam suam peccato polluat, ex eodem Garcia *d.cap.2.num.*110.*in fine*, & constat ex dictis *in hac quæstione in principio num.*4. nisi ipsi examinatores reuera æqualitatem eamdem in oppositoribus inueniant, quo casu licet raro continget, eos in fine Censuræ parificare possunt, & Episcopus si digniorem non agnoscat, similiter quem maluerit poterit gratificare, dummodo in eadem censura approbatum & comprehensum.

14 Quæ gratificatio tunc intrat, quando iudicium & arbitrium dignioris non apparet, vt intelligatur multum inter se differre, arbitrari & gratificare, illud enim mentem respicit, & est actus iudiciarius, Menoch. *de arbitrariis quæst.*1.*num.*3. *&* 4. hoc autem voluntarius, quia à gratia voluntatis dependet, quando iudicij rectitudo confunditur; ideóq; gratificatio gratia dicitur & donatio, vt ex multis probat idē Riccius *d.tit. prax. iur. patron. decis.*218 *num.*306. *&* 310. Menoch. *de arbitrar. cas.*255.*num.*3. & constat ex Beato Paulo ad Ephesios cap. 1. ibi: *in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto Filio suo*, &c. & ideò gratificatur, quando inter eligendos seu præsentatos æqualitas inuenitur, & cæteris paribus nullus dignior, vt satis abundè retulit Tiraq. *tract. de iure Primog. quæst.* 17. *in* 2. *&* 3. *opinione*, & sic senserūt communiter omnes antiqui & moderni Doctores, materiam textus declarantes *in cap. cùm autem, de iure patron.* ex quo idem similiter probatur in illo verbo, *æque idoneum*, &c. & dicam infrà *quæst.*24.*num.*5. Si enim dignior appareret, iam non gratificatio, sed arbitrium & iudicium in eius electionem veniret, ex eod. Tiraquel.

quel.*d.3 opinione*,quia præferendus esset absque gratificatione;inde minus rectè sensit eruditus Menoch. *in d. casu* 255 *num*.1.*&* 2.qui cum Afflicto intellexit text. *in d. cap.cùm autem.* vt ibi arbitrium gratificatio appelletur, quasi quòd idem sint: nam reuera,vt probatum restat,multum differunt, nec in illo textu contrarium constat; quia solùm loquitur de arbitrio & iudicio Episcopi circa cognoscendum idoneiorem præferendum inter æquè idoneos præsentatos:nam verbum *iudicium* discretionem sapit & arbitrium boni viri ex Panormit.*ibi num*.6.De gratificatione verò, quæ ad gratiam voluntatis spectat, & non ad iudicium seu arbitrium nullum verbum loquitur textus, sed quia cessante iudicio, & non cognito de digniore, necessarium est de ratificatione & gratia tractare, & ex illa electionem expedire, ideo DD.communiter in illo textu de eadem gratificatione tractarunt, quem glossa forsan non intellexit, dum in verbo *iudicio*,scripsit & collegit:*& sic locus est gratificationi*, &c. quasi quòd de iudicij arbitrio ad gratificationem collectio permittatur, in qua argumētatione Afflict.& Menoch.fortassis innituntur,quia glossa illa verba confundit, de vno ad alterum inferendo, & apertè colligitur dum in fine affirmat gratificationi locum esse, cùm dubitatur, quis potior sit in iure, & sic cùm iudiciū & arbitriū de potiore cessat,& non constat vnde cessante tempore iudicij intrauit gratificationis & gratiæ tempus operante tantum voluntate; si ergo diuersum & diuisum vnumquodque tempus habet, quorum vnum cessare necesse est, vt alterum locum habeat, non idem esse gratificare & arbitrari manifestum est.Quapropter illa glossa & textus sic accipiendus est prout explicauimus, ita vt gratificatio & arbitrium non copulentur, & coniungantur quidquid alij contrarium sentiant.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXVI.

De praecedentia inter Emptores Ecclesiasticos.

SVMMARIVM.

1 *Emptor cui fuit primò res tradita, praefertur.*
2 *Ponitur quaedam limitatio in Ecclesia, quae prior rem emit.*
3 *Extenditur ad miserabiles personas.*
4 *Quid, quando Ecclesia duobus vendit?*
3 *Si venditor Ecclesiae alteri secundo vendat cum iuramento, an secundus praeferatur?*

1 INter duos Emptores Ecclesiasticos, quorum posteriori per venditorem res tradita fuit, si de praecedentia tractetur, dubium erit, quis sit praeponendus. In quo, vt vera resolutio capiatur, erit aduertendum hunc esse casum textus *in l. quoties, C. de rei vend.* decidentis pro emptore, cui primò res empta tradita fuit, ex eo quòd ille dominium per traditionem acquisiuit, iuxta textum *in l. traditionibus, C. de pactis.* & ita omnes scrib. *in d. l. quoties*, adnotarunt, veluti Angel. Bald. Ias. Bart. & Paul. & caeteri, Peregrin. *tract. de possess. & propriet. lib. 3. num. 9* Ceuall. *com. contr. com. quaest. 606. num. 29. vol. 2.* Gutierr. *de iuram. confirmat. 1. p. cap.* 30. & alij infrà referendi, plures etiam refert Velascus *de priuilegiis pauper. 1. p. quaest. 23. num.* 1. *& seqq.* Vnde cùm huius textus decisio non sit per sacros Canones correcta, nec illis contraria, vt attestatur additio Bart. *in d. l. quoties*, imò est conformis, vt constat ex text. *in cap. cùm autem de iure patron.* vbi prior in tempore praefertur: videtur etiam inter Ecclesiasticos locum obtinere à paritate rationis, quod etiam tenuit Ias. *in d. l. quoties, num.* 19. qui doctè & latè scripsit illius materiam, Panormitanus & Butrius *in cap. continebatur de his, quae fiunt à Praelat.* Alex. *cons.* 122. *lib. 5. num. 5.* Soc. sen. *cons. 29. lib. 4.* relati per Fachineum, sic sentientem

ſentientem *lib.2.controuer.iur.cap.*32.Couarr. *lib.2. var.cap.*19. *num.*2.*&* 4.Pariſ.*conſil.*11.*num.*20.*lib.*1.Anton. Gomez *tom.2. var.cap.2.num.* 20.§ *ſexto & principaliter*,&c.

Sed hæc concluſio, vt fere omnes de iure, inter alias 2 vnam patitur limitationem ad Eccleſias pertinentem; nempe vt non procedat, quoties Eccleſia prior rem emit, licet alio emptori prius tradita fuerit; nam tunc illa eſt præferenda ex ea ratione, quia ex priuilegio dominium rei emptæ per Eccleſiam ipſo facto tranſiuit in illam ſine vlla apprehenſione iuxta text.cum gloſſa *verbo in rem in l.final. C. de Sacroſ.Eccleſ.*& ad hoc eſt expreſſa gloſſa *in l ſiue autem,§.ſi duobus in verbo Petentis*,ibi; *niſi prior priuilegiatus eſſet, vt Eccleſia, vt C.de Sacroſ.Eccleſ. l.final.* &c. refert & tenet Iaſ.*in d.l. quoties num.* 4. Panormit. *in d.cap continebatur num.*5.cum aliis Scribentibus, D.Couarr. *d.cap.* 19. *num.* 2. & Gomez *vbi ſuprà §. ſeptimò*, & principaliter Genuenſ. *in practicab.Eccleſ.quaeſt.*141. vbi declarat Velaſcus *d.quaeſt.*23.*à num.*9. *& ſeqq.* & hinc eſt, quòd in beneficialibus primus, cui facta fuit collatio, præfertur, etſi ſecundus poſſeſſionem apprehenderit, quia in illis non requiritur traditio, vt acquiratur ius in beneficio, vt per text. *in cap. ſi tibi abſenti,de prabend. in 6.* & per alia iura tenet & refert idem Iaſ. *vbi ſuprà num.*12. Alex. *d.conſil.*122.*num.6.lib.*5. Roman. *conſil.*298. *num.*2. Garcia *de benefic.*4.*p.cap.*2. *num.*38. cum aliis per eum relatis, Panormit. *in d.cap. continebatur n.*5. Riccius *in Collectan. deciſ. deciſ.*439. vbi pro limitatione poſuit *ad d.l.quoties* vt non procedat in ſpiritualibus,&retulit addit. Bart. *in d. l. quoties* & ſic cum in hac limitatione ceſſet ratio ſupra relata *num.*1.qua ſecundus potior erat:meritò primus ex ipſamet ratione:non autem ille erit præferendus ex vulgari textus doctrina *in cap. cum ceſſante de appellat.* de qua Tiraq.*tract.ceſſante cauſa*,&c. Corroboratur etiam præcedens limitatio, ex his, quæ ſcripſerunt in fauorem piæ cauſæ Tiraq. *tractat. de priuil piæ cau. priuileg.* 107. Barthol. Socin. *eod. tract.Fallent. regul. iur.regul.*382.*priuil.*11. Velaſcus *d. quaeſt.*23. *num.* 10. docentes in contractu piæ cauſæ, in quo ipſa prius rem emit habere priuilegium & prælationem in ſecundum emptorem, cui *tradita* ſit ex ratione dicta, quam refert Tiraq. quia dominium rei fuit ſtatim ſine detentione acquiſi-

Q tum

tum piæ causæ: & hoc idem esse, si concurrentes emptores sint ambo piæ causæ, seu Ecclesiæ, per glossam *in d. l. siue autem §. si duobus, verbo Petentis*, & Bartol. Bald. Ang. & Ioan. And. per eumdem Tiraq. relatos: sed fallitur in referendo illam glossam, quæ illud non dicit, sed facile potuit istam sumere pro glossa, *verbo In rem, in d. l. fin. C. de Sacros. Eccles.* quæ dictum affirmat: & hoc ab ea doctrina fundamentum accipit, nempe priuilegiatum non gaudere priuilegio aduersus æquè priuilegiatum, vt innuit Panormit. *d. num.* 5. de quo loquitur Tiraq *d. tract. de priuil. pia cau. priuileg.* 26. *num.* 4. Menoch. *cons.* 52. *num.* 41. *vol.* 1. cum aliis ab ipsis relatis: & ita pia causa seu Ecclesia, quæ secundò rem emit, & accepit vti non potest priuilegio suo aduersus aliam causam æquè priuilegiatam, quæ primò emit, & quamuis secunda pia causa dicere possit, quod prima etiam aduersus eam æquè priuilegiatam gaudere non debet: tamen eo tempore, quo secunda, contraxit, emit & accepit, iam prima emerat & ratione sui priuilegij dominium rei acquisierat: vnde cum tractet de suo iure & dominio conseruando, & per consequens de damno vitando, priuilegium secundę piæ causæ non attenditur, vt cum aliis notauit idem Tiraquell. *d. tract. & priuileg.* 26. *num.* 6.

3 Et hæc limitatio etiam cōpetit miserabilibus personis & pauperibus; quia sub nomine piæ causæ comprehenduntur, tradit idem Ias. *d. l. quoties, num.* 4. *in fine.* Velascus *d. quaest.* 23. *n.* 9. & idem dicendum est de locis religiosis nominatis *in d. l. fin. C. de Sacros. Eccles.* tam ex eadem ratione, quàm per illum textum faciunt tradita per Genuensem *in practical. Eccles. quaest.* 151. vbi quod donatio facta Ecclesiæ, pauperibus, & locis piis absentibus non possit reuocari ante acceptationem ex eo, quod ante illam dominium in pauperes & Ecclesiam transeat.

4 Sed quod hucvsque dictum est de priuilegio Ecclesiæ & piæ causæ, procedit, quando emerunt, & cum alio emptore super re empta iudicium aggrediuntur; quid ergo erit, quando vendunt? an tunc prior vel secundus emptor, cui rem tradiderunt, pręferendus sit? & quamuis aliqui DD. existimauerint priorem esse præferendum relati per Couar.

dict.

dict. cap. 19. num. 4. ipſe tamen improbat eorum ſententiam, quia Eccleſia habet priuilegium acquirendi dominium rei emptæ ſine traditione, quando emit: non autem quando vendit, & ideo emptores rerum Eccleſiæ, ſeu piæ cauſæ remanent in terminis iuris communis, ex quibus ſecundus emptor cui res tradita fuit prælationem habet, & quamuis variatio in Eccleſia, & pia cauſa, non ſit iuſta ſed improba, illa tamen ſi ſit facta, non transfert vllum priuilegium in emptorem primum, quo in prædicta quæſtione debeat anteponi, & ita hanc ſententiam vltimam, quæ vera eſt, tenent Couarr. *dict. cap. 19. num.* 4 & ante eum Iaſ. *d. l. quoties num.* 19. Pariſ. *dict. conſil.* 11. *num.* 20. *lib.* 1. Alex. *d. conſ.* 122. *num.* 5. *lib.* 5. additio Bart. *in dict. l. quoties.* Fachin. *lib.* 2. *controuerſ. iur. dict. cap.* 22. vnde ex his apparet minus recte ſenſiſſe Genuenſem *in dict. practical. Eccleſ. quæſt.* 220. *num.* 2. aſſeuerantem primum Eccleſiæ emptorem eſſe ſecundo, cui res fuit tradita, præferendum, ex eo quod inconſtantia in Eccleſia reprobatur; nam huius auctoris ſententia vera non eſt in hoc puncto, & contrariam ex rationibus & DD. relatis obſeruandam & tenendam exiſtimo.

Modò priuſquam huic quæſtioni calamum imponam, 5 ſubtilem quæſtionem placet explanare ad præcedentis limitationis maiorem declarationem: Quæro ergo ſi is, qui primò vendidit rem Eccleſiæ, & poſtea ipſam alij per ſecundam venditionem tradat, & ad ipſius ſtabilitatem iuramentum addiderit, ita vt ſecunda venditio iurata ſit; an Eccleſia tunc veniat præferenda, non obſtante iuramento & traditione ſecundæ venditionis? Et breuiter reſoluo, quod Eccleſia erit præferenda ex ratione relata *num.* 2. quia ſi venditor, ex eo quod primò rem Eccleſiæ vendidit, à ſe abdicauit illius dominium ſine traditione ex priuilegio Eccleſiæ, nihil potuit poſtea in ſecunda venditione roboris adiicere, quo hæc melior & potior redderetur: & ita quemadmodum traditio conditionem primæ venditionis, Eccleſiæ factæ deteriorem non reddit, ita ſimiliter iuramentum; quia eo tempore, quo additum fuit, non inuenit, quid confirmaret aut roboraret: & ſic in terminis minus validis; veluti cum extra Eccleſiam venditor iurauit in fauorem primi

 emptoris,

emptoris, quod non obstante iuramento secundus, cui rem tradidit, præferatur, tenuerunt Couarr. *in Epitome de Sponsal.* 1. *p.c.* 5. *num.* 10. referens Immol. Hippolytum & alios, & *in c. quamuis pactum de pactis in 6.* 1. *p. relect.* §. 4. *num.* 2. vbi hanc opinionem tenet, ex eo quod iuramentũ sumit naturam & conditiones actus cui accedit, vt ipse ait *num.* 1. *loco proximo relato,* idem tenet Ias. *in dict. l. quoties, num.* 36. Anton. Gomez *tom.* 2. *var. dict. cap.* 2. *de empt. & vendit.* §. *septimo & principaliter*, &c. Gutierr. *de iuramento confirmat.* 1. *p. cap.* 30. *num.* 4. vbi Anton. Gabriel. & Rolandum simul & alios recenset Velascus post expletum hoc opus visus *dict. tract. quæst.* 23. *num.* 9. facit ad hoc textus per eosdem Couarr. & Gomez consideratus *in cap. ex litteris de sponsal.* vbi per matrimonium subsequens dissoluuntur Sponsalia etiam iurata: & ego etiam considero text. *in cap. cum contingat de iureiur.* vbi iuramentum non tenet in præiudicium alterius, notat Innocent. *ibi*, & cæteri Canonistæ & sic semper Ecclesia, quæ primò emit in specie supra relata, vel secundus emptor, cui res data fuit, prælationem habebunt, etiamsi contra ipsos iuramentum appositum fuerit, quod in ipsorum præiudicium nihil valuit. Et hæc sunt, quæ in Ecclesiis & personis Ecclesiasticis breuiter adnotaui, & ad cætera, quæ in praxi contingent, poterũt supradicti DD. consuli, præcipuè Couar. Ias. Anton. Gomez & Gutierr. dictis locis, qui fusius de materia *d. l. quoties*, cum suis limitationibus, cautelis, & ampliationibus disseruerunt.

QVÆSTIO XXVII.

De præcedentia Episcoporum.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur aliqua peculiaria de Episcopis.*
2 *Episcopus & Canonicus an Capitulum præcedat, & quem habeat locum?*

3 *Quomodo*

3 *Quomodo tanquam Canonicus aut Episcopus in Capitulo sedere cognoscatur.*
4 *Episcopus Canonicus post Praesidem Capituli sedet, declaratur.*
5 *Quid de Rectore scholastico & de Parocho?*
6 *Inter Episcopos describitur praelatio.*
7 *Quomodo intelligenda sit prioritas Episcoporũ circa praecedentiam?*
8 *Specialitas seu praerogatiua Episcopi praelationem inducit.*
9 *Maior Dioecesis seu iurisdictio an Episcopum potiorem faciat?*
10 *Episcopus simul Regius Consiliarius quem locum habeat in consilio?*
11 *Episcopi Titulatis & Baronibus praeferuntur.*
12 *Praeferuntur etiam Protonotariis.*
13 *In processionibus quid obseruandum circa locum & familiares?*
14 *Praeferuntur etiam in domus conductione.*



PRaeter ea, quae in supradictis quaestionibus de Episcopis dicuntur; nunc adiicio illos debere praecedere quoscunque suae Dioecesis; tam de Capitulo, quàm extra, & in omnibus illius locis debetur illis prima sedes & prima authoritas, & is honor, qui eorum dignitati par est, iuxta Concil. Trident. *sess.25. cap.6. de reformat.* Boteus *tract. de Synodo, 3 part. num.* 10. *& seqq.* Riccius *in sua prax. aurea, resol.*203. *num.*3. *in fine*: nam Episcopalis dignitas nullis potest comparationibus adaequari, Barbos. *in pastor. part.* 1. *tit.*1. *gloss.*1. *n.*1. Sed quid mirum, cùm ipsi in suis Dioecesibus sint Principes Ecclesiastici, sint Patres, & Pastores, idẽ Concil. *d. sess.*25. *c.*17. *de reformat.* & Apostolorum successores, & positi à Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei, & Presbyteris superiores, idem Concil. *sess.* 23. *cap.*4. *cap. quanquam* 2. *quaest.* 7. Caesar *tract. de Eccles. hierar. quaest.*4. *proaem.* §.3. *num.* 3. Sbrocius *de officio Vicarij, lib.*1. *quaest.*3. *num.*8. Alzedo *in prax. Episcop. cap.* 10. *à num.* 19. vbi quaedam de Episcoporum titulis recenset; & praeterea debent Principes seculares illos paternâ reuerentia & honore prosequi *ex d. cap.*17. *Concilij*, tanquam ipsis maiores & iudices ordinarios suarum Dioecesum, D. Roderic. de Acuña Archiep. Brach. *super decreto, in cap.*3. *num.*3. *dist.*10: qui possunt illos excommunicare, vt Ambrosius excommunicauit Im-

peratorem ex delicto suo *cap. 1. cum gloss. de raptoribus*; & Host. ibi. Rebuff. *tract. de Reg. & Princip. muner. ac prarogat. num.* 52. Roderic. *in cap. duo sunt*, 96. *distinct.* quod hodie in Regibus & Imperatoribus Papæ tantùm esse reseruatum vsus testatur, & refert Sà *in suis Aphorism verbo Excommunicatio. num.* 15. & denique sunt culmen dignitatum, gloss. *verbo Dignitatum in cap. 2. de Prabend. in 6.* quapropter Papæ Episcopos se vocat, vt infrà dixi *quæst.* 13. *num.* 6. Seraphin. *decis.* 606. *num.* 10. & 11. Barbos. qui plura cumulat *dict. pastoral. allegat.* 1. *num.* 10. *vsque ad* 13. D. Roderic. de Acuña Archiepiscop. Brachar. *super decreto in cap. Episcopum, n.* 1. 61. *dist.* & sunt etiam capita suarum Diœcesum, & hinc venit quòd cæteris debent anteponi, docet alia referens Cassan. *dict. Catal.* 4. *part. consid.* 25. & 28. Boteus *dict.* 3. *p. num.* 10 & *seq.* idem Riccius *dict. resol.* 203. *num.* 2. vbi plura de priuilegiis Episcoporum enumerat Boër. *tract. de auct. mag. cons. n.* 54. *in fine*, vbi per textum *in cap.* 2. 80. *distinct.* & *ibi* glossa dicit, quòd Episcopi successerunt in loco Sacerdotum Gentilium, qui vocabátur Flamines, & erant post Protoflamines, in quorũ loco positi fuerunt Patriarchæ, & post Archiflamines, in quonumero intrarũt Archiepiscopi, dixi sup. *q.* 4. *n.* 5. & dòcet Barbos. *in pastorali, tit.* 1. *cap.* 7. *n.* 1. & 2. & etiam refert idem Boër. *n.* 52. *in fine*, Episcopos similes esse defensoribus Ciuitatum, & præferuntur etiam Abbatibus, ex prædictis Cassan. *dict.* 4. *part. consid.* 32. & vlterius probatur arguendo ab ordine cælestis hierarchiæ iuxta quem Episcopi assumuntur ad superiorem ordinem Thronorum, & Abbates ad inferiorem Dominantium, & Principatuum, idem Cassan. *dict. Catal.* 3. *part. consid.* 8. 9. & 10. Barbosa *in pastorali, tit.* 1. *cap.* 7. *num.* 3.

2 Sed quòd Episcopi præcedant omnes de Capitulo, dubium est, an procedat quando Episcopi simul sunt Canonici, & vt tales intrant in Capitulo; & est dicendum, quod de rigore debent sedere inter Canonicos, & etiam post antiquiores, vt cum pluribus referr Mastrill. *decis.* 130. *num.* 2. licet aliqui eorum id non distinctè dicant: Contelorius idem docens *de præcedentia, num.* 24. de æquitate verò & reuerentia tenere debent primum locum post Decanum seu Præsidentem Capituli, & ratio est, quia qualitas, quæ non facit ad actum, nullam parit præeminentiæ considerationem, vt dixi suprà *quæst.* 13. *num.* 3.

*num.*3.& docet Panormitanus *in cap. postulasti, num.* 8. *de concess. Preb.* Puteus *decis.*105. *num.*1.*lib.*3. Mastrill. *dict. decis.*130. *num.* 1. *vsque ad num.*5. vnde quando Episcopi vt tales non intrant in Capitulo, sed intrant vt Canonici, tunc dignitas Episcopalis non facit ad præcedentiam inter Capitulares, sed faciet ad hoc vt inter ipsos honorabilior locus ipsis præstetur, nempe post Decanum: docet Felin. *dict. rubr. de maior. & obed. num.* 4. *versic. Rector study*, Panor. *in dict. cap. postulasti* 15. *num.*8. Boër. *dict. tract. num.*65. & additio *ibi verbo Episcopus*, Menoch. *consil.* 51. *n.* 43. *vol.*1. Riccius plures referens *in sua prax. for. tit. prax. Vicar. cap. sede vac. decis.*475. *n.*7. Caputaq. *decis*307. *part.*1. Gratian. *discept. forens.*1. *to. dict. c.*106. *à n.*9. *vsque ad* 12. vbi Purpur. Franc. de Pôt. Vinc. de Franch. & Mandos. recenset simul cum Rota Rom. in causa Meleuiten præeminentiarum 27. Februarij 1548. corã Card. S. Cruce, Rebuff. qui loquitur in Vicario *in prax. benef. tit. de Vicario Episcopi, forma Vicariatus, n.*28. quem refert Menoch. *dicto loco*, vna cum aliis Cassan *dict.*4. *p. consid.*25. *in fine, & consid.* 45. idem Menoch. *cons.*92. *n.*75. *lib.*10. Puteus *dict. dicis.*105. *n.* 6. *lib.*3. Seraphin. *decis.*437. *num.*4. Mastrill. *dict. decis.* 130. *num.* 33. referens glossam *verbo Prælatus in cap. à collatione de appellat.* ad hoc quòd Episcopus debeat sedere post vltimam dignitatem, quod ex dicta glossa non probatur, & illud verbum *vltimam dignitatem* intelligendũ est *supremam*, quæ est immediata post Episcopum, aliàs non bene diceret Mastrill. qui in hoc puncto sibi aduersatur; nam cùm *in dict. decis. num.*2. dixisset quòd Episcopus sedere debebat post Canonicos antea receptos *in dict. num.*33. tribuit ei locum post vltimam dignitatem; sed alterum, vt dixi, procedit de rigore, & alterum de æquitate & reuerentia.

Et ad videndum, quando Episcopi adsunt in Capitulo, vt Prælati vel Canonici, inspiciendum est an sedeant in primo loco, vel eis in primò scribatur, & tunc aderunt vt Prælati: secus autem si in secundo loco, tunc enim vt Canonici habebuntur, bona glossa *verbo Prælatus, in dict. cap. à collatione de appellat. in* 6. Cassan. *dict.*4. *part.* & *considerat.*45. Panormit. *in d. cap. postulasti, num.*8. *de concess. Preb.* vbi ad hoc decidendum, cõsuetudinem loci, seu statutum Ecclesiæ aduertendum esse docuit; sed hodie in ferè omnibus Ecclesiis de consuetu- 3

dine

dine seu statuto Episcopi non intersunt in Capitulo vt Prælati, sed vt Canonici vbi tales fuerint, nec illis scribitur, nempe Episcopo & Canonicis, sed potius Decano & Capitulo, vel Archidiacono & Capitulo.

4 Sed quod dixi Episcopum Canonicum habere primũ locum in Capitulo post Præsidem ipsius, intelligendũ est, Primò cessante consuetudine, Grat. *d.to.1.c.106.n.7.&* 8. de qua dicendũ est vt suprà *q.*18. Secundò de Episcop. illius Capituli, cui pro sua reuerentia ex eo quòd est Diœcesis Prælatus debetur illi prædictus locus; secus autẽ erit de alio Episcopo foraneo & non illius Capituli nec Diœcesis, qui si vt Canonicus in illo præsens fuerit, non habebit primum locum, sed illum, qui suæ antiquitati respondeat, Cassan. *d. Catal. & 4.p. consid.*45. & ratio est clara, quia in tali Episcopo foraneo Canonico cessat illa, quæ in Episcopo proprio præcedentiam operatur, nisi aliud voluntariè Capitulum disponat.

5 Rursus an Episcopi, dum præcedunt omnes suæ Diœcesis, idem sit dicendum de Rectore scholastico dicam infrà *quæst.*43 *.num.* 2. & an idem de Parocho, dum in funeralibus suæ parochiæ interest, similiter dicam infrà *quæst.*32 *. num.* 5.

6 Vlterius inter ipsos Episcopos ordo prioritatis & ordinationis seu consecrationis erit obseruandus, Ceremon. Rom. *lib.*1 *.cap.*3 1. *§. in sessione verò*, Gama *decis.* 1. *num.* 50. per text. *in c. Episcopos*, 17 *.distinct.* Cassan. *dict.*4 *.part.consid.* 23. faciunt relata *ibi* per eum & per me suprà in quamplurimis quæstionibus, Boër. *dict. tract.num.*60. *in fine*, Puteus *dict. decis.* 105 *.n.* 2. *lib.*3. Gratian *discept.forens. tom.* 2 *. cap.*298. *num.* 63. per text. *in cap. Episcoporum*, 74 *.distinct.* Barbosa *in pastorali*, *part.* 1 *.tit.*3 *.c.* 8 *.num.*66 D. Roderic. de Acuña Archiep. Brachar. *in cap.*7 *.n.* 1 *.distinct.*18 *.& n.*2. docet, qui prius dignitatẽ receperunt præferendi sunt, nisi & hoc Episcopus iunior habuisset ius pallij, quod est signum Archiepiscopi, vt ipse Gratianus refert.

Et hinc infertur, quòd etsi alter Episcopus sit prior in Data & consecratione posterior: alter autem consecratione prior & Data posterior, hic erit præferendus iuxta id quod *suprà quæst.*10 *.num.* 10 *. de Canonicis* scripsi.

7 Verum non semper inter Episcopos ratio prioritatis obtinebit: si enim concurrant duo, quorum alter sit titularis tantum.

tantùm, cleróq; carens, & sit prior: alter autẽ habeat populum & clerũ, quamuis sit iunior, hic erit præponendus, quia licet antiquitati deferatur in præcedentiis, hoc inter pares intelligitur, non autem vbi modernior est dignior: Archiep. Bracharens. *in dict. cap.* 7. *num.* 1. plura ad hoc cumulat Doctor Ioannes de Solorcano Regius Consiliarius *in allegatione pro supremo Consilio Indiarum, num.* 77. cum Besoldo *in dissert. de præcedentia & sessionis prærogatiua, cap.* 3. *num.* 4. & talis ille est, qui habet dignitatem cum administratione & iurisdictione, & præfertur non habenti: ad quod elegans est decisio Putei suprà relata 105. *per tot. lib.* 3. bonus text. *ibi* allegatus *in l. omnes, vt dignit. ordo seruet.* de qua lege Cassan. *in dict. Catal.* 6. *part. consid.* 1. *& seqq.* Card. & Alex. *in cap. Episcopus, col.* 12. *versicul. Et quoniam hic videmus, de Præbend.* Boër. *dict. tract. num.* 91. nam maior quis dicitur & superior respectu administrationis, vt cum Rebuffo scripsit Scaccia *de appellat. quæst.* 2. *art.* 2. *num.* 30. & notaui in Cardinalibus suprà *quæst.* 13. *num.* 6. Doctor Ioan. de Solorcano *vbi proximè, num.* 57. per glossam *in cap. statuimus, verbo Consueta,* & ibi DD. *de maior. & obed.* Gratian. *discept. for.* 1. *part. cap.* 1 f 1 *num.* 76. cum aliis pluribus.

Ampliatur, hæc conclusio etiamsi habens administrationem sit minor: nam præfertur maiori non habenti in pertinentibus ad administrationem, seu in loco administrationis, vt dixi suprà *quæst.* 4. *num.* 6.

Post antiquitatem seu prioritatem attendatur in Episcopis vel Titularibus tantum, vel populum habentibus, an alter aliqua prærogatiua, seu specialitate gaudeat, veluti an sit exemptus, Cassan. *dict.* 4. *part. consid.* 24. vel an habeat aliud officium seu dignitatem præter Episcopatum, vel sit subditus maiori Archiepiscopo & Patriarchæ, vel sit Doctor virtute clarus, aut nobilis iuxta eundem ordinem dictum suprà *tam q.* 1. *quàm* 4. *& cæteris,* & de Episcopo Doctore præferẽdo, non autẽ alio Episcopo antiquiori; loquitur hic benè tenens Boër. *dict. tract. num.* 62. *&* 63. & licet virtus aut nobilitas in veritate digniorem reddat Episcopum, non tamen hæ sunt qualitates, quæ in claris circa prælationem possunt pertractari, vel propter pudorem in virtutem, vel vanitatem in possidente nobilitatem. 8

9 Sed quid erit, si inter Episcopos, de quorum præcedentia contenditur, vnus maiorem habeat Diœcesim, & maiorem iurisdictionem, an sit hæc qualitas prælationis poterit dubitari? tetigi suprà *quæst.9.num.*3.vbi retuli opinionem Deciani *resp.*19..*num.*208.qui per text.*in cap.legimus*,93.*distinct.& cap.sicut*,96.*distinct.*dixit Episcopatum non esse altero digniorem ex eo, quòd maiorem habeat Diœcesim, & idem sensit Mastrill.*de Magistrat.lib.*4.*cap.*14. *num.*18.*vsque ad* 24. Staphil.*de litt.grat. de prærogat.expectant. §. magis graduatus. num.* 29. tetigi etiam suprà *quæst.* 22.*num.*2.vbi retuli Gratian. *discept. forens.*1.*tom.cap.* 111.*num.* 75. affirmantem cum pluribus maioritatem iurisdictionis maioritatem dignitatis & præeminentiæ arguere ; quod amplius comprobatur ex relatis *hac quæst. num.* 7. vbi Episcopum populum habentem Titulari tantùm præferendum esse dixi, & probaui ex ratione iurisdictionis, quam non habet Titularis tantum, & quemadmodum illam habens non habenti præfertur, ita maiorem habens minorem habenti præferendus erit argumento sumpto de toto ad partem, de quo Euerard.*loc.legal.loc.*8.confirmatur etiam ex his, quæ suprà dixi *quæst.*6.*num.* 6. nempe habere dignitatem, qui & iurisdictionẽ. & qui illam maiorẽ habet, maiorem dignitatẽ dicetur habere, & per consequẽs prælationem ex eodem argumento: & quia qui ampliorẽ & maiorem dignitatem obtinet, præferendus est, vt notat Menoch.*cons.* 257.*n.*3.& etiam qui præest, pluribus, dignior est, Gama *decis.*1.*n.*5;.Cassan.*d.Catal.&* 4.*p.consid.*52.§.8. & ita hoc verum videtur, & quod dictũ Gratiani *d.*1.*to.c.*111.*n.*75.continet in se veritatem: idem docet cum pluribus Doctor Ioan. de Solorcano Regius Consiliarius *in alleg.pro supremò Indiarum Consilio,num.* 33.*& num.* 57. vt retuli suprà *num.*7. Non obstat opinio Deciani suprà relata *num.* 10. quia ipse in hoc minus securè loquitur, & colligitur ex eo, quòd iura, quæ refert, ipsius opinionem non confirmant, docent enim, quòd Episcopatus non sit altero dignior, ex eo quòd maioribus diuitiis abundet, & hoc libenter fateor, præcipuè inter Episcopos iuxta suprà dicta *in quæst.*9.*num.*4.non autem ideo sequitur, idem esse in maioritate iurisdictionis, quæ ex supradictis prælationem operatur.

Verum

Verum ſi Epiſcopus ſimul ſit alicuius Regis Conſiliarius, ob ipſius reuerentiam poterit de præcedentia in Conſilio habenda quæſtio commoueri, in qua quæſtione præcitatus modernus Ioan. Campanil. Epiſcop. Laquedonenſis *in ſuo diuerſor.iur.Can.rubr.*12.*cap.*12.*num.*11. cum aliis relatis affirmauit Epiſcopum de Senatore factum ſedere debere in loco, quem tempore Senatoriæ dignitatis obtinebat, ſi illam continuare poſſe cum Epiſcopatu obtinuerit; ſi verò iam factus Epiſcopus ad tale officium fuerit electus, debere antecellere & præcedere antiquos Senatores, & ante illos ſedere: quod dictum, vt cernitur, duas habet partes, quarum primam veram, ſecundam autem dubitabilem exiſtimo: nam Epiſcopus electus ad laïcale Magiſterium & Senatorium officium, etſi pro ſuæ dignitatis reuerentia Senatores laïcos vt ſingulos præcedat, non tamen aſſumitur ad Senatum, vt Epiſcopus, ſed vt Cõſiliarius & Senator; nec dignitas Epiſcopalis principaliter dicitur eſſe de Conſilio, ſed incidenter, & ita ſi Epiſcopus non vt talis, ſed vt Senator facit vnum corpus cum cæteris Senatoribus, & hæc dignitas Senatoris eſt, quæ principaliter elucet in Senatu: dicẽdum venit dignitatem Epiſcopatus etiam antea habiti non facere ad actum Senatus, & ſic per conſequens nullam parere præcedentiæ auctoritatem, argumento eorum, quæ ſuprà tradidi *quaſt.*8.*num.*7.& *hac quaſt.*27.*num.* 2 & infrà *quaſt.* 32.*num.*3.& ita rationabilius eſſe iudico Epiſcopum Senatorem electum non debere cæteros in Senatu præcedere, ſed quòd intret iuxta ſuam antiquitatem, quod expreſsè tenuit cum Vincent. de Franch. *deciſ.* 138. *num.* 5. idem Riccius *in dict. prax.aurea*, *reſol.* 203. *num.* 3. *in fine*, expreſsè etiam Contelorius *de pracedentia*, *n.* 20.21.22. 23.*&* 24. Hoc autem intelligendum eſt de rigore iuris; ſecus verò de honeſtate, ſi prædicti Senatores Epiſcopo Senatori ob eius reuerentiam cedere maluerint.

Si tamen Epiſcopus aſſumatur ad Conſilium principaliter vt Epiſcopus, veluti ſi ſtatutum eſſet, quòd talis Epiſcopus quicunque fuerit, intret in Conſilio & ſit Conſiliarius, vt hodie videmus; nam omnes Epiſcopi ſunt Regis Conſiliarij, tunc enim procedere poteſt dictum Campanil. vt 11

Episcopus antiquiores Senatores præcedat, & in his terminis intelligo decisionem Caputaq. 307. *p.* 1. vbi Episcopus Melitanus in fundatione Insulæ Melitanæ intrat in Consiliis vti Episcopus, & sedet immediatè post magnum Magistrum, & *decis.* 357. *p* 2. sed credo, quòd, in practica, quando Episcopi, qui eo ipso sunt Consiliarij, intrant in Consilio ad aliquod negotium, sedent post Decanum; & ita comprobatur, quod cæteros Senatores præcedat: si autem de Senatore promotus sit ad Episcopale ministerium, retinet suum locum, & sic obseruatur.

11 Cæterum, Episcopus similiter omnibus Proceribus, Baronibus, & Titularis præfertur, tam in sua Diœcesi, quàm extra, ex eo quod dignitas Ecclesiastica dicitur luminare maius; temporalis autem & profana dicitur luminare minus: & illa dignitas quæ præest diebus, hoc est, spiritualibus, maior est; quæ verò Carnalibus, minor, vt quanta est inter Solem & Lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoscatur: verba sunt text. *in cap. solitæ de maior. & obed.* vbi communiter scribentes, & dixi suprà *quæst.* 14. *num.* 3. tradit cum aliis idem Campanil. *dict. loco & num.* 11. vbi etiam subdit Regem & Imperatorem debere Præsulibus, & Episcopis aduenientibus in sua Diœcesi reuerēter assurgere, & secum à dextris confedere facere in sede venerabili, vt totum colligitur *ex d. cap. solitæ*, Cassan. *in d. Catal.* 4. *p. consid.* 25. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 183. Boër. *tract. de auctor. mag. cons. num.* 43. & 44. vbi refert bonum text. arguendo ab ordine litteræ in Auth. *habita* ibi; *Episcoporum, Abbatum, Ducum, C. ne filius pro patre, & in extrauaganti si fratrum,* §. *quia igitur*, ibi; *siue Pontificali vel Regia*, & c. *ne sede vacante*, &c. & quod simplex Sacerdos debet militi seculari præferri tanquam miles cælestis militiæ: & hinc est quod S. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 17. grauiter dolens, quod Episcopi dictis Baronibus & Regulis se reddant inferiores cedendo illis loco & personaliter inseruiendo, idcirco decreuit, vt à prædictis se abstineant, & vbique se patres & pastores esse meminerint, idem Riccius *d. resol* 203. *num.* 3. & etiam Ceremon. Rom. *lib.* 1. *cap.* 33. *fol.* 40. similiter statuit Episcopum thurificandum esse ante Principem magnum, etiam non recognoscentem superiorem, dummo

dummodo non ſit Imperator aut Rex, & etiam ante Proreges & Gubernatores, qui liber facit fidem, ex eo quod eſt Authenticus & communiter illi ſtatur, vt cùm Pauin. *de viſitat.* & Fuſch. *in eod. tract.* & Cenedo *in collect. ad Decretales*, tradidit Moneta *de Conſeruat. iud. cap. 5. num* 80. & dixi infrà *q.* 13. *num.* 7. & quid mirum ſi ſtetur hoc libro, dum Clemens Pontif. VIII. ſic illud præcepit in fine ſuæ bullæ, quæ eſt in principio dicti Ceremonialis.

Denique Epiſcopi præcedunt etiam Protonotarios, tam numerarios quatuor, quàm alios in vrbe Romę & extra, iuxta Bullam Pij II. quæ eſt 1. *tom. Bullarij, fol.* 316. *& eſt ordine* 4. *& incipit: cum ſeruare*; notat etiam idem Riccius *d. reſol.* 203. *n.* 3. facit Ceremon. *lib.* 1. *cap.* 23. *fol.* 40. vbi thurificantur Protonotarij poſt Epiſcopum, Caſſanenſ. *in dicto Catalogo* 4. *parte conſid.* 29. 12

In Proceſſionibus autem Epiſcopi aſſiſtentes incedunt in vlteriori loco poſt Presbyterum Miniſtrantem, & licet aliquando ſuper caudatario & familiaribus ortæ ſint controuerſiæ, ex conſuetudine introducta, ſopiendæ & terminandæ ſunt: caudatarius autem inexcuſabilis eſt, & duo aſſiſtentes familiares ſeu Capellani ſimiliter ad dignitatis comitantiam neceſſarij, & ſic audiui iudicatum, cæteri vero famuli ſi de inſtantia Epiſcopi poſt eum incedere voluerint, ſolum proderit ad rixas cum Miniſtris ſecularibus & ſcandala cauſanda, vnde vt euitentur, Epiſcopus cum ſolo caudatario procedat, & duobus aſſiſtentibus Eccleſiaſticis, niſi illud conſentientibus ſecularibus tacita conſuetudine approbetur; in proceſſionibus autem, vbi Epiſcopus non aſſiſtit, ſed miniſtrat, veluti in feſto corporis Chriſti, tunc locus omnibus eſt notorius & deſcriptus, extat *in libro Ceremon. Epiſcop. lib.* 2. *cap.* 33. 13

Præferuntur etiam Epiſcopi in domus conductione, ſi quando illam conducere voluerint excludendo quemcunque poſſeſſorem, vt ſuprà *quæſt.* 19. *in fine.* 14

QVÆSTIO XXVIII.

De præcedentia

inter Iudices Ecclesiasticos.

SVMMARIVM.

1 *Citatio realis, seu verbalis, quando præcedentiam operatur?*
2 *Traduntur remissiuè ampliationes & limitationes præcedentis regulæ.*
3 *Declaratur dictum Patris Sanchez de Matrimonio.*
4 *Citatio qualis debeat esse, vt præueniat?*
5 *Quid in citatione per actus æquipollentes?*
6 *Citatio realis in criminalibus etiam per æquipollens valet.*
7 *Adducitur simile quoddam de Vicariis, cum censuris præuenientibus.*
8 *De illo qui mutauit forum, qualis iudex præferatur in delicti punitione?*

1 REgula ab omnibus nota & admissa est, vt inter iudices habentes eandem iurisdictionem, nempe in solidum & cumulatiuè, veluti inter duos, quibus iurisdictio ordinaria, seu delegata in aliquo territorio concessa est, vel cùm crimina seu causæ, de quibus agitur, sunt mixti fori, quarum aliquas recenset Paz *in prax. 2. tom. 1. prælud.* præcipuè *num. 25. & 47.* Aufrer. *de potest. Eccles. super laicis, tit. 2.* tunc is iudex alteri præferatur, qui præuenit in causa, vel per citationem verbalem in ciuilibus, vel realem in criminalibus, de iure ciuili textus expressus *in l. si quis posteaquàm, ff. de iudic.* & ibi latè videndus (præter ordinarios) Barbos. *in tract. de iudic. fol. mihi 99. num. 6. & 66.* Peregrin. *in tract. de iurisd. ordin. & deleg. lib. 1. num. 132.* Vantius *de nullit. tit. ex defect. iurisd. ord. num. 177.* Menoch. *consil. 338. num. 20. vol. 4. & consil. 479. num. 11. vol. 5.* Paz *in praxi, loco vbi suprà*, Mascard. *de probat. 3. tom. conclus. 1227. per tot.* præcipuè *num. 6.*

num. 6.*&* 8. Azebed. *in l.* 10. *tit.*13. *lib.*8. *recop. num.* 50. *& seqq.* Marta *tract.de Iurisdictione, p.*2.*cap.*3.*num.* 1. Iul.Clar. *lib.* 5. *receptar.sent.*§.*fin.q.*38.*num.* 28.*& lib.*7.§.*Iurisdictio*, Hieron.de Mõte *in tract.de finibus reg.cap.*25.*num.*13. Bossius *in pract. crim. tit. de foro comp.num.*47. & de iure Canonico textus *in cap. penult. de foro compet.* & ibi Canonistæ scribentes, bona Gloss. *verbo Assignatæ, in c. vt debitus honor, de appellationib.* Leo *in suo Thesaur. fori Eccles.part.* 1. *cap.* 9. *num.* 19. cum pluribus relatis, Farinac. latè *prax.crimin.tom.*1.*quæst.*7.*de inquisit. num.*52. *& seqq.* præcipuè *num.*53.*&* 56. cum vestro Deciano & aliis multis relatis, P.Sanchez *tom.*2.*de matrim.lib.*8.*de dispensat.disput.*28. *num.* 10. Zeuall.*com.contr.com.q.*678.*num.*21. *& seqq.*

Ex quibus DD. hanc regulam tradentibus, colliguntur plures illius ampliationes & limitationes, & ne illas transcribere visus sim, in silentio & remissiuè prætermittere melius duxi; verùm pro declaratione, seu aliquali adnotatione quædam adiiciam. 2

Primò, illud, quod P. Sanchez *d.disput.*28. *num.* 12. *&* 13. scripsit, & tenuit, nempe per solum mandatum de citando à iudice prolatum, etiamsi parti intimatum non sit, cœpisse vti iurisdictione sua, & illam esse inchoatam, & rem desinere esse integram; esse intelligendum, vt per solum prædictũ mandatum dicatur perpetuata & inchoata iurisdictio iudicis mandantis; quia cœpit illa vti iuxta textum *in cap. gratum*, & ibi Glossa *verbo Quasi cæptum*, *& cap.licet*, & ibi Gloss. *verbo Vti non cæperit*, *& verbo Re integra, de offic. deleg.* & ibi ordinarij scriben. Capella Tholos.*quæst.*341. & additio ad illam, tradit cum aliis doctè Barbos. *in d. l.si quis posteaquàm, num.*33. *& seqq.* bona decis. Caputaquen 124. *p.* 2. & ita dictum Sanchez, & eorum, quos refert, procedit in perpetuatione iurisdictionis, constat ex his, quæ tractat *in eadem disput.*28.*n.*8. 9. *&* 10. non autem in præuentione, ad quam necessum est quod adsit lis inter partes, & per solum prędictũ mandatum parti non intimatum, nec exequutum non adest lis, bona decis. Seraphini 1046. *num.* 2. ita declarat, & constituit hanc differentiam per text. *in d. l.si quis posteaquàm*, & *in l.* 12. *tit.*7.*p.* 3. & *ibi* Gregor. *gloss.* 1. idem Barbos.*d.loco, num.*32. Moneta *de Conseruat.iud.cap.*10.*num.*92.*& pluribus seqq.* præcipuè *n.*97. 3

Vnde

4 Vnde conclusio semper recipienda tradita pro ampliatione dictæ regulæ, est quod citatio debeat esse valida, legitima & effectuata & exequutioni tradita ad hoc vt præuentionẽ operetur, vt DD. *num.* 2. relati tenẽt & aduertunt.

Secundò, cùm citatio ex tribus partibus cõstet, nempe ex mandato supradicto, & illius intimatione, & notarij relatione in actis, vt aduertit idem Sanchez *d. disput.* 28. *num.* 13. Specul. 2. *tom. tit. de citat.* §. 4. *num.* 11. Vantius *de nullitat. ex defect. citat. num.* 31. *& seqq.* præcipuè *num.* 145. Marta *d. tract. de iurisdictione, part.* 2. *cap.* 3. *num.* 13. *&* 14. quid erit, si in vna citatione duæ partes ex illis tribus adsint, tertia verò non adsit, & ita sit decretum mandatum, & in rei veritate intimatum, relatio tamen Notarij in processu non sit scripta, vtrum in hoc casu dicatur præuenta iurisdictio? Respondeo distinguendo: si loquimur attenta veritate facti, non est dubium de præuentione, cùm iam per intimationem mandati lis inceperit inter partes, & per consequens causata fuit præuentio iuxta suprà dicta *num.* 3. Si autem acta inspiciamus, ex quibus controuersia de præuentione inter iudices de illa litigantes definienda est, similiter non est dubium iudicem, qui mandatum decreuit, quod fuit parti notificatum, non posse super præuentione obtinere, cùm illam non probet inter acta, Seraphin. *decis.* 290. *num.* 5. Farinac. *decis.* 207. *num.* 20. *in nouissim. ciuil. penultimis*; sed tàlis defectus facilè sanatur præcipiendo Nuntio, Cursori, seu Notario, vt faciat fidem in actis de intimatione per relationem ordinariam, quæ obliuionis causa multoties in actis omitti contingit, aliàs defuncto Cursore seu Notario aut absente intimatio eius pro non facta iudicabitur, nisi alio modo iuridicè comprobetur, & ad acta redigatur.

5 Tertiò, quod quamuis iudex præuentionem prætendens citationem effectuatam non habeat, sed alium actum æquipollentem, provt si præsentibus partibus aliquid pronunciauerit, Seraphin. *decis.* 1118. *num.* 1. *& decision.* 1057. *num.* 3. *& decis.* 388. *num.* 4. Vantius *de nullitatib. tit. quibus mod. sent. nullit. repar. poss. num.* 117. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. in annotat. contra nullitates, & attent. in causis beneficial. num.* 158. vel si reus comparuerit ad respondendum absque eo quòd citatus sit, idem Seraphin.

Seraph. *decis.* 1366. *num.* 2. *& decis.* 1441. *num.* 4. *& decis.* 654. *num.* 1. *&* 6. Vantius *dict. loco & num.* 117. Farinat. *decis.* 152. *num.* 2. *in nouiss. ciuil. penult.* vel aliis modis, tunc similiter per hos actus causabitur præuentio, cùm ex illis incepta dicatur, & sit eadem ratio, & resultet idem effectus, tradit Sanchez *dict. disput.* 28. *num.* 11. *&* 18.

Quartò, quod regula præfata de citatione reali in criminalibus ad præuentionem faciendam, etiam per æquipollens impleatur, eo casu, quo iudex impeditus fuit, quominus ad dictam citationem & capturam procederet, & omnem diligentiam adhibuit, vt eam faceret per loca criminosum hominem requirendo, & verbalibus citationibus solicitè intimando & conuocando & ipsius bona iuxta iuris regulas sequestrãdo, nullàque tali iudici imputari potuit culpa, si non fecit, si non carcerauit: tunc enim constito de tali impedimento & diligentia, perinde reputabitur quoad effectum præuentionis, ac si capturam delinquentis fecisset, bona decisio Grammatici 30. *num.* 7. ibi; *nec de captura personæ, & sic præuentione reali ipsius vasalli curandum, cùm liqueat ex processus meritis officialem eiusdem Comitis omnem diligentiam adhibuisse contra præfatum delinquentem, ob quam patet nullam sibi culpam imputari*, &c. Regula autem contraria tenentium capturam realem posteriorem esse verbali citationi anteriori præponendam, quos congerit Farinat. *dict. quæst.* 7. *num.* 53. & sequitur Marta *dict. tract. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. in eo casu procedere & accipi potest (licet ab aliquibus impugnetur vt constat ab eodem Farinat. *in dicto loco*, & à Barbosa *in dict. l. si quis posteaquam, num.* 70. *& seqq.*) quando citatio prima verbalis aliquam omissionem patiatur, & minus diligens iudicetur; secus verò, quando fuit diligentissima, in quo sensu loquitur Grammaticus *in d. decis.* tunc enim iniustum esset, vt malitia latitantis rei tantam diligentiam euerteret, & vitiaret, & ex propria malitia commodum reportaret contra iuris rudimenta, & ita in causa graui vertente coram Illustr. Nuncio in Hispania cõmorante inter Archiepiscopũ Tarraconen. & eius Officialem ex vna, & Episcopum Tironen. & iudicem subdelegatum ab eo ex breui Apostolico contra Cleros delinquentes Principatus Cataloniæ partibus ex 6

altera, fuit iudicatum pro Archiepiscopo suprà dicto eiusque officiali, qui pro capiendo quodam Clerico delinquente omnem diligentiam apposuerat, de qua constabat in processu, etsi in effectu dictus iudex subdelegatus ad capturam realiter processisset, & ego fui Aduocatus dicti Archiepiscopi, & defendi suam partem per dictam Grammatici decisionem, & tandem obtinui: & quia hæc est particularis declaratio aut limitatio ad dictam regulam, ideo illius mentionem placuit adnotare.

7 Vnde ex prædicta declaratione & limitatione colligitur Iudices & Vicarios Ecclesiasticos, qui in criminalibus caussis sub censuris reos latitantes citare faciunt ad domum & alias diligentias addunt in illorum captura cum omni solicitudine verè causam præuenisse, cùm omnis diligentia circa personam habendam, verè & propriè dicatur adhibita, & per iudicem non steterit quin reus personaliter citaretur: eo magis cum eius captura prædictæ censuræ videantur, & latitatio rei eundem Ecclesiasticum iudicem damnare non debet, quando de omni diligentia & inquisitione legitimè in actis apparet: vnde licet postea ab alio iudice, seu Vicario personaliter citetur, seu capiatur: primus iudex ex prædictis circa præuentionem præferendus erit, & multò melius, si reus voluntariè coram alio iudice ad iudicium accipiendum comparuerit: cùm hæc voluntaria & spontanea comparitio præuentionem minimè operetur, & fraudulenta, subreptitia & affectata censeatur ad effugiendum iudicem magis informatum, ex his quæ cum aliis considerant, Azebed. *in dict. l.* 10. *num.* 46. *&* 72. *tit.* 13. *lib.* 8. *recop.* Farinac. *dict. quaest.* 7. *num.* 53. *§. sublim.* 1. *& num.* 64. Barbos. *in dict. l. si quis posteaquam*, *num.* 88. Et hæc doctrina etiam multò melius procedit (non omni diligentia considerata, sed tantùm ordinaria verbalis citationis) inter iudices iurisdictionem habentes ab eodem fonte, prout Vicarios Toletanos & iudices Romæ seu alios; quia tunc citatio verbalis anterior reali posteriori præfertur, idem Farinac. *dict. num.* 53. *§. sublim.* 2. idem Barbos. *in dict. l. si quis posteaquam*, *num.* 73. tali fœdere contrariorum sententias concordantes, quasi quod inter eosdem Iudices & Vicarios vna iurisdictione considerata,

&

& vna citatione, & prima diligentia, vulnerata ex illa praeuentio absque aliis apicibus subsequatur, quod secus erit inter iudices à diuerso fonte: tunc namque citatio ad domum citationi personali non praefertur, Azebed. *in dict. l. 10. n. 77.* nisi sit adhibita omnis & abundans diligentia arbitrio iudicantis, pro iudice, qui citauit ad domũ iuxta *suprà* dicta.

Et de illo, qui mutauit forum, statum & conditionem suã, vt quia ex laico factus est Clericus, vel Religiosus, quis sit iudex competens in eius punitione, videantur conclusiones D. Couarr. *pract. quaestionum, cap. 32. n. 4.* Gutierr. *pract. quaestionum, lib. 1. quaest. 5.* & latius per Barbosam *in dict. l. Si quis postea quam, à num. 199. & seqq.* qui eruditè scripsit, & docuit, quid sit tenendum & affirmandum; ad eos igitur recurratur pro facti contingentia.

QVÆSTIO XXIX.

De praecedentia

Legatorum de latere, & Nuntiorum, qui cum eorum facultate creantur.

SVMMARIVM.

1 *Legati sunt in triplici differentia.*
2 *Eorum excellentia & praecedentia circa caeteros Legatos describitur.*
3 *Ordinariis & Praelatis praefcrũtur, & hodie nõ cessant esse Ordinarij.*
4 *Idem dicendum de Nunciis.*
5 *Quid si Legatus & Cardinalis concurrant?*
6 *Quid, inter eosdem Legatos & Nuncios?*
7 *In electione Legatorum quis eligendus?*



QVamuis Legati sint in triplici differentia, vt ex glossa *verbo Legati in cap. 1. de offic. Legati in 6.* simul cum aliis scripserunt Parisius *de resignat. benef. lib. 7. quaest. 13. num. 1. & seq.* Hostiens. *in sum. lib. 1. tit. de offic. Legati, num. 2.* Garcia *de beneficiis, 5. part. cap. 3. num. 3.* Leo *in suo Thesauro for. cap. 2. num. 27. & seqq.* Specul. *lib. 1.* 1

part. 1. tit. de Legato, §. sequitur videre in principio, Moneta *tract. de conseruat. iud. cap. 4. num. 24.*

2 Legati tamen de latere sunt principales & digniores, ita vt præsentibus illis, cæteri Legati legationis officio non vtantur iuxta textum *in cap. volentes de offic. Legat.* Et ratio est, quia semper tales Legati sunt Cardinales, Menoch. alios referens *conf. 190. num. 14. vol. 2.* Leo *dict. cap. 2. num. 18.* Moneta *vbi proximè*, Paris *dict. quæst. 13. num. 6.* Gonzal. *ad regulam 8. Cancell. gloss. 24. num. 22.* Garcia *dicto loco*, Hostiens. *dicto num. 2.* vbi ait, quòd Curia Romana solos eos iudicat Legatos de latere, qui assistunt Papæ in Consiliis, vt Cardinales, idem Specul. *vbi proximè, n. 1.* & dicuntur de latere, quia sunt à Consiliis Papæ, & pars corporis eius, vt scripsit idem Paris *eodem loco*, & suprà dicitur *quæst. 13. num. 7.* Cassan. *in suo Catal. 4. part. consid. 28.* Boër. *tract. de auctor. magni cons. num. 6.* ex quorum dictis constat tales Legatos esse aliis præferendos ex rationibus prædictis, & quia sunt illustres, & pares Proconsulibus, Cassan. & Boër. *vbi proximè*, Gratian. *disceptat. forens. tom. 1. cap. 166. num. 3.* & dicuntur specialissimi & priuilegio specialissimo honorantur, Hostiens. *dict. num. 2.* & quòd præferantur cæteris Legatis apertè probat textus *in d. cap. volentes*, & ibi scribentes, Rebuff. *in tract. de Legat. Papæ, num. 30.* Ceremon. Episcop. *lib. 1. cap. 23. fol. 40.* vbi primo thurificantur Legati de latere, postea cæteri Nuncij Apostolici.

3 Verum nedum præferuntur cæteris Legatis inferioribus, sed etiam Ordinariis, & Prælatis intra suas Prouincias consistentibus, in quibus ita eorum legationis officium amplissimum & excelsum est, vt illis datum sit, quòd ibidem euellant & dissipent, atque plantent Prouinciarum sibi commissarum ad instar Proconsulum, cæterorúmque Præsidum, quibus certæ sunt decretæ Prouinciæ moderandæ, Ordinarios reputantes: verba sunt textus *in cap. 2. de offic. Leg. in 6.* Cæsar *dict. tract. de Eccles. hierarch. quæst. 2. proœm. §. 2. num. 3.* Et sic cùm tales Legati sint ex dicto textus Ordinarij cæterorum Præsidum & Ordinariorum, Rebuff. *dict. tract. n. 17.* Specul. *dicto loco, §. superest videre, num. 3.* eorúmque superiores, quia ad eos deferũtur ab illis causæ per appellationem, vt quotidie videmus, mirum non est, si illis præferantur, præci

præcipuè cùm tales Legati habeant portare aliqua insignia Papalia, vt cum aliis scripsit Paris *vbi supra dict. num. 6.* quod non est in vsu, & Patriarchæ præsente Legato cessant portare crucem ante se, scripsit Specul. *loco suprà dict. num. 5.*

Sed quod dixi Legatos de latere esse Ordinarios iuxta textum *in dict. cap. 2,* hodie non cessat, vt minus benè existimauit Leo *in prædicto Thesauro, cap. 2. num. 19.* Quia quamuis facultates Legatorum sint sine præiudicio Ordinariorum in prima instantia, vt ex facultatibus Clement. VIII. & Concil. Trident. refert idem Leo, non tamen ex hoc sequitur Legatos non habere Ordinariam iurisdictionem, quia illam habent aliquando adhuc in prima instantia inter regulares, & alios exemptos, vti Ministros Camerales; & in secunda seu tertia instantia inter non exemptos, vt videmus in practica, & probatur exemplo Archiepiscopi, qui per appellationem & in aliis casibus dicitur iudex ordinarius subditorum suffraganeorum suorum *cap. pastoral.* & ibi glossa *verb. except.* cum not. per scribent. & per Paz *in prax. tom. 2. 1 Prælud. num. 14. & seqq.* & Genuensem *in prax. Archiep. cap. 70. n. 6. & 7.* & quod tales legati præferantur ordinariis probatur etiam ex eodem Ceremon. Episcop. *d. lib. 1. cap. 23. fol. 40.* vbi thurificatur primò Legatus Cardinalis, mox Archiepiscopus & Episcopus & Abbas vt ibi, & quod dico de præferendis Legatis ordinariis, intelligatur cum distinctione suprà relata *quæst. 4. num. 6. & quæst. 8. num. 6.*

Idem dicendum est de Nuntiis in Hispania & cæteris 4
Regnis commorantibus, quia quamuis non dicantur Legati de latere cum non sint Cardinales, tamen creantur cum eorum auctoritate & facultate, vt constat ex eorum facultatibus, Garcia *dict. cap. 3. num. 81. & 82.* idem Ceremon. Episcop. *loco citato,* vbi etiam dicitur, quod thurificetur legatus cum tali facultate ante Archiepiscopum, Episcopum & alios.

Sed quid si concurrant legatus cum prædicta facultate, 5
& Cardinalis tantum aut simul Episcopus; dico quod quamuis legatus intra suam prouinciam sit ordinarius *dict. cap. 2. de offic. leg. in 6.* semper tamen Cardinalis ob reuerentiam sui officij, & quia est pars corporis Papæ præferendus erit, quemadmodum si Cardinalis fuisset suffraganeus Episco-

pus, & nihilominus præsente suo Metropolitano, qui ratione & respectu Episcopatus est superior, vt *suprà quaest.* 4. *n.* 1. non ideo Metropolitanus Cardinali Episcopo suo suffraganeo præponitur, imò postponitur ob eandem reuerentiam Cardinalatus, constat similiter ex eod. Ceremon. *in d. loco* vbi expresè in hunc modum disponitur quoad actum thurificationis.

6 Denique inter ipsos Legatos de latere si de præcedentia dubitetur, dicatur vt suprà *quaest.* 13. *num.* 3. *&* 4. & inter Legatos aut Nuntios cum illorum facultate seruetur antiquitas & excellentia Legationis, vt suprà *quaest.* 8. *n.* 5. & in paritate recurratur ad Gradum & cætera personalia in superioribus quæstionibus adnotata.

7 Et in electione Legatorum quis veniat præferendus videantur supradicta *quaest.* 25.

QVÆSTIO XXX.

De pracedentia

Magistrorum scholarum.

SVMMARIVM.

1 *Eorum nomina & officium describuntur.*
2 *Quibus praferantur?*
3 *An habeant dignitatem?*
4 *Succentor quis sit, & quid ei incumbat.*



1 SVprà *quaest.* 5. *num.* 17. huiusmodi Magistrorum memini, & dixi illos habere diuersa nomina, vocantur enim Cantores, Præcentores, Succentores, Primicerij & Chabiscoli pro diuersitate consuetudinis Ecclesiarum, & Hispano nomine dicuntur *Maestrees creelas o Chantres*, Hostiens. *in summa lib.* 1. *tit. de offic. Primic num.* 1. & est in Decretalibus titulus particularis de officio Primicerij *lib.* 1 *tit.* 25. *cap. vnico*, vbi dicitur, quid

quid ad eius officium pertineat, & ibi referunt Panormit. & cæteri & Latius *in cap. perlectis 25. diſt. §. ad Primicerium pertinent,* &c. & ibi Archidiaconus *num.* 18. Cæſar *de Eccleſiaſt. hierarch. quaſt. 2. proœm. § 2. num.* 10. Barboſa *collect. ad decretal. in cap. 1. n. 5. de officio Primicerij, & num. 6.* curat nempe de modo & ordine canendi in Choro, & ideo dicitur quaſi Primus in Cantu & in Choro, vel caput ſcholæ, & de lectionibus & reſponſoriis ibi recitandis, & ſigno dando pro hora officij, & luminaribus deportandis: ſimiliter quos videt delinquere corrigit, aut ſi non poteſt, ad agnitionem Epiſcopi defert, ſimul cum aliis contentis in dictis iuribus & relatis per Caſſan. *d. Catal. 4. p. conſid.* 42. *&* Oldrad. *conſ. 146. in princ. &* Zodoricum *in ſuo ſpecul. lib. 2. cap. 15.* relati per d. Caſſan. *vbi proximè,* & Nauarr. *in prælect. cap. Si quando de reſcript. §. Decima exceptio,* vbi loquitur de excellentia Cantoriæ Conimbricenſis, Ioann. Bapt. Valencuela meritiſſimus ſupremi & Italici Conſilij Regens *conſ. 33. num. 89.* vbi ſcribit, quòd idem ſit Cantoria & Præcentoria, & *num.* 156. latè explanat Cantorum & Præcentorum officium & onera, & pluribus authoribus exornat, inter quos refert Rodericum Zamorenſ. *in ſpeculo humana vita, lib. 2. cap. 15.*

Ex quibus conſtat Præcentores & Magiſtros prædictos præferri Acolithis, Exorciſtis, Pſalmiſtis atque Lectoribus *dict. cap. Perlectis,* & adhuc Diaconis *dict. c. 1. de offic. Primic.* ibi; *vt præſit in docẽdo Diaconis vel reliquis gradibus Eccleſiaſticis in ordine poſitis,* &c. vbi gloſſa *verbo Diaconis,* exponit ſecundum varias Eccleſiarum conſuetudines, vel de mandato & ordine Archidiaconi, ne repugnet text. *in c. Officium de offic. Archid.* vbi illi cura Diaconorum tribuitur, & quòd Primicerius præſit Diaconis, de ordine Archidiaconi videtur colligi ex *dict. cap. 1. de offic. Primic.* nam ex eo quòd ibi dicitur, quòd ille ſit ſub Archidiacono, colligitur eſſe de illius ordine, ſi poſtea Diaconis præſit: aliàs enim non benè diceretur, quòd eſſet Primicerius ſub Archidiacono; ſi ſine mandato illius præeſſet, quibus ille præeſt, & ſic hic ſecundus intellectus gloſſæ mihi magis placet, quem etiam refert & probat Panorm. *in dict. cap. 1. num. 1.* 2

Sed dubitari poterit an Cantoria, ſeu Præcentoria aut 3
Pri-

Primiceriatus sit dignitas, ita vt Cantores, Primicerij, Præcentores & Magistri supradicti dicantur habere dignitatem in Ecclesiis Cathedralibus seu Collegialibus vbi sunt: in quo dubio negatiuam partem constanter defendit Alex. *cons. 77. num. 5. vol. 2.* dicens, quòd Primiceriatus non est dignitas de iure communi, sed officium, & ita sententiam latã per quemdam Primicerium tanquam Delegatum Apostolicum esse nullam, cùm iuxta textum *in c. statutum de rescript. in 6.* nõ possint causæ Apostolicæ delegari nisi constitutis in dignitate, idem tenet Grammat. *decis. 64. n. 6. & seqq.* & quod sit officium probatur *ex cap. cùm accessissent, de constitut.* ibi; *Primiceriatus esset officium,* &c.

Contrarium tamen probari potest per textum *in dict. cap. accessissent,* ibi; *ne Primiceriatus dignitas,* &c. & *cap. ad aures de rescript. & cap. Cùm olim de consuetud.* & sic videtur sentire Host. *in summa dict. lib. 1. cap. de offic. Primic.* vbi Primiceriatum vocat dignitatem, & *lib. 5. tit. de pœnit. & remiss. num. 28. & 29.* vbi inter dignitates ponit Magistrum scholarum & Cantorem, Boër. *dict. tract. de auctor. mag. cons. num. 75.* cum Barbat. *cons. 39. vol. 1. & cons. 5. lib. 2.* Boteus *dict. tract. de Synodo, 3. part. num. 26.* Menoch. *cons. 190. num. 5. vol. 2.* Moneta *de conseruat. iud. dict. cap. 5. num. 93.* referens Redoan. *tract. de simonia, cap. 19. num. 7.* & alios: faciunt ad hoc, Innocent. *in rubr. de officio Primic.* & Panorm. *in eodem cap. in fine,* & Archidiac. *in dict. cap. perlectus, num. 20.* dicentes Primicerium habere ordinariam iurisdictionem in his, quæ illi commissa sunt iunctis his, quæ suprà tradidi *q. 6. n. 6.* sentit etiam Valencuela Regens *d. cons. 33. n. 89* & Cæsar *dict. quæst. 2. §. 2. num. 10.*

Possunt hæ sententiæ concordari, vt Primiceriatus & Cantoria sit dignitas impropriè, & largo modo, & ità sumatur, vbi hoc nomine vocatur; vel sit dignitas propriè, vbi habuerit iurisdictionem & administrationem rerum Ecclesiæ iuxta ea, quæ docent Canonistæ *in cap. de multa, de Prabend. & in cap. 1. de consued. in 6.* Moneta, qui plures congerit *dict. cap. 5. num. 84.* Boër. *decis. 286. num. 13.* tetigi suprà *dict. quæst. 6. num. 6.* vel si ita consuetudine introductum sit, quæ potens est ad inducendam dignitatem, vt cum pluribus scripsi suprà *quæst. 5. num. 4.* idem Monet. *dict. num. 84.* idem Boër.

Boër.*dict.decis.*286.*num.*7.tradit doctè Alex.*dict.consf.* 77. *num.* 5.Grammat.*dict.decis.*64.*num.*7. Cassan.*dict.catal.& 4.part.consid.*42.cum Oldrad. *dict.cons.* 146. *in princip. & num.* 2.& Monet.*dict.cap.*5.*num.*101. *in fine.*

Sed hodie prædicta consuetudo recepta est in Ecclesiis, & ita Cantores & Primicerij seu Magistri scholarum reputantur & numerantur inter habentes dignitates, vt colligitur ex eodem Monet.*dict.cap.*5. *num.*100. Valencuela *dict. num.*89. & ita poterunt esse Conseruatores, idem Monet. *eodem cap.num.*94.& tribuitur illis locus, quem consuetudo introduxit, quamuis sextum illis dederit Buteus *dict.tract.de Synodo,*3.*part.num.*26 & similiter accipiendo illos inter dignitates virtute consuetudinis datur illis, vt Canonicos præcedant, provt præcedunt, vt ex ordine per dictum Boteum *vbi proximè*, & Hostiensem *in summa tit.de pœnit. & remission. num* 28.*& seqq.*tradito colligitur: & quamuis ex dictis suprà *hac quast. num.*1.comprehendatur hæc diuersa nomina idem significare; ex variis tamen Ecclesiarum consuetudinibus forsan hoc erit immutatum, & ita aliud pertinebit ad Magistrum scholarum, aliud ad Primicerium, Præcentorem, Cantorem aut Chabiscolum, provt in eisdem Ecclesiis introductum fuerit.

An autem Primiceriatus de iure Ciuili sit dignitas, videatur per eundem Grammat.*dict.decis.* 64. *n.*9. iunctis his, quæ tradit Boër.*dict.tract.& num.* 75. & Luc. de Peña *in l.* 1. *C. de mensor.lib.*12.& ibi etiam Ioann.de Plat.Bertach.3.*part. repertor. in verbo Primicerius.* Ex quibus etiam sciri poterit secundum ius Ciuile Primicerius dici, qui in matricula notariorum primus est scriptus, & qui primus cereum portat in festo & processione, Archidiac. *in dicto cap. perlectis, numer.* 18. & qui inter mensores primus dicitur, & hæc sufficiant de Primiceriis & Magistris scholarum inter quos si de præcedentia vel electione eorum dubium occurrerit, videantur quæ *in quæstionibus prædictis, & quæst.*25. adnotauimus.

Succentor dicitur is, qui subest Cantori aut Præcentori, 4
quasi quòd is vocem præmittat in cantu, Succentor autem consequenter canendo respondeat, text.*in c.Cleros,*21.*distin.*

T Hispa

Hiſpano nomine dicitur *Sochantre*, & ita Succentor inferior eſt Cantore, vt ex vi ipſius nominis bene adnotauit Monet. *dict. tract. & cap.* 5. *num.* 100. vbi tenet eum non habere dignitatem, & reſpondet ad textum *in cap. inter dilectos*, & ibi gloſſa *verbo Dignitas*, vt intelligatur Succentorem habere dignitatem vel impropriè, vel ex conſuetudine illius Eccleſiæ, idem Monet. *eod. cap. num.* 94. qui ſenſus coadiuuatur ex eo quòd nomen dignitatis aliquando largè, aliquando verò ſtrictè ſumatur, vt dixi ſuprà *quæst. 6. num. 6.* & quòd Succentor inferior ſit Cantore, & proximus ei ad reſpondendum comprobatur ex textu *in cap. perlectis*, 25. *diſtinct.* §. *ad Primicerium in fine*, ibi; *quando autem Primicerius abſens eſt, ea quæ prædicta ſunt, ipſe exquirat, qui ei aut lege proximus eſt aut eruditione*, &c. quæ verba iuncto *cap. Cleros*, §. *Cantor*, 21. *diſtinct.* videtur mihi intelligenda eſſe de Succentore de cuius præcedentia ex prædictis, de Præcentoribus & Cantoribus poterit comprehendi, maximè *num.* 3. §. *ſed hodie*, & ita ſtallum & honorem, quem conſuetudo teneat introductum, ipſi Succentores tenebunt.

QVÆSTIO XXXI.

De præcedentia Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Papa omnibus præeſt.*
2 *Facit vnum conſiſtorium cum Deo.*



1 IN his ſuper quibus dubitatio non admittitur, verba protrahere, & nimis immorari, nec prudẽtia docet, nec neceſſitas impellit: Papa igitur vt nos omnes Catholici vno ore & animo fatemur & tenemus, & eius Romana ſedes omnibus præeſt, & habet mundi Principatũ, quem B. Petrus Apoſto-

Apoſtolus Domini voce tenuit, & tenebit iuxta text. *in cap. cuncta,el 1.* 7 2.9. *quæſt.* 3. Victorinus Manſus *de Eccleſiaſticis Magiſtratibus lib.* 2.*cap*.4.*&* 5. Homobonus *de ſtatibus hum. vita p.* 1. *cap.*4.*num.*1.*& cap.*6.§.*in primo gradu*, Barboſa *in paſtorali*, *tit.*1. *cap.*6.*num.*1.*&* 2. Cæſar *de Eccleſ. hierarch. diſput.* 1. *num.*12. cum Nicæno Concilio *ibi* relato: nam ſicut ponere duo principia eſt hæreticum; ita ponere duos Vicarios generales æqualis poteſtatis in terris hæreticum eſt, vt per Hoſtienſ. & Panormit. *in cap. per venerabilem,& in cap. cauſámque qui fil. ſint leg.* tradit Rebuff. *tract. de Reg. & Princip. muner. ac prærogat. num.*26. Leo *in Theſauro fori part.*1.*cap.*1.*de poteſt. Pap. num.*4.*&* 5.*& cap.*2.*num.*1. Card. Bellarmin. *de Roman. Pontif. tom.*1.*lib.*2. *cap.* 12.*&* 13. relatus cum aliis per eundem Leonem *dict.cap.*1.*num.*1.2.*&* 3. ad fundandam iuriſdictionem Beati Petri in ſuos ſucceſſores.

Et Papa facit vnum conſiſtorium cum Deo tanquam Vicarius generalis eius; Homobonus *d. cap.*4.*num.*1. & ad text. *in cap. prima ſedes in fine* 99. *diſtinct.* prohibentem quod Papa vniuerſalis Epiſcopus ſeu Pontifex appelletur, reſpondent Barboſ. *dict.cap.*6.*num.*4. Cæſar *diſput.* 1. *num.*10. Hoſtienſ. *in cap. quanto, de tranſlat. Prælat.* cum aliis relatis per eumdem Rebuff. *d. tract. num.*462. Caſſan. *in Catal.*4.*p.conſid.*13.*in fine*, Boër. *d. tract. de auctor. mag. conſ. num.*49. cum pluribus relatis, & *ibi* additio *litt.B verbo Romanus Pontifex*, Menoch. *conſil.* 51. *num.* 13. *vol.* 1. quemadmodum Vicarius Generalis & Epiſcopus faciunt vnum & idem Tribunal, Seraphin. *deciſ.*639.*num.*10. Scaccia *de appellation. quæſt.*8.*articul.*3.*num.* 53. Menoch. *dict. conſ.* 51 *num.* 12. cum aliis, & hinc eſt, quòd poteſt omnia iudicare, & quòd ipſe à nemine iudicatur, *cap. Inferior,* 21. *diſtinct. cap. Cùm inferior de maior. & obed. Clemen. ne Romani de electione*, & quòd etiam maior ſit omnibus, etiam Imperatore, vt ſcripſit Aufrer. *in repetit. Clemen.*1. *de offic. ordin. num.*50. & cùm inter nos ſuper hoc tanquam neceſſario dubitatio non admittatur, ſufficit illud ſupradictis in memoriam refricare, relinquendo cætera ad Papam circa eius celſitudinem & poteſtatem ſpectantia ad eos, qui peculiares de illa tractatus compoſuêre, addendo inſuper, quòd de eligendo Pontifice ſi quæratur, quis eligi debeat, ex ſupradictis *in quæſt.* 25. poterit aliquid reſponderi. 2

QVÆSTIO XXXII.

De præcedentia

Parochorum & Parochiarum.

SVMMARIVM.

1 *Parochi in funere præcedunt.*
2 *An Canonicos præcedant in eodē funere, declaratur & resoluitur.*
3 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis est corpus Episcopi, & maioritas non pertinens ad actum nihil releuat.*
4 *Contrariis aliquibus respondetur.*
5 *Ex consuetudine quæstio resoluitur in casu proposito dubitabili.*
6 *Extra prædictum casum funeris cessat dubium & Canonici semper Parocho præferuntur.*
7 *Quid inter ipsos Parochos & Parochias?*
8 *Legatum factum pro Parochia cui debeatur? si tempore testamenti vnam, tempore autem mortis alteram testator habuerit.*
9 *Oblationes factæ alicui Imagini ad quem pertineant, ad dominum parietis depictæ imaginis, vel ad Ecclesiam?*
10 *Referuntur diuersæ sententiæ.*
11 *Ponitur vera resolutio.*
12 *Et limitatur.*
13 *Alia quæstio inter duos eiusdem nominis Conuentus resoluitur.*
14 *Qualis locus competat Parochis in processionibus.*
15 *Præferuntur laïcis in domus conductione.*

1 PArochi in funeralibus suæ Parochiæ cum cadauera defunctorū deferuntur ad Ecclesiam, vt sepulturæ tradantur, & in pompa funeris incedunt cæteri Clerici simplices aut beneficiati, illis sunt præferendi: quia sunt Rectores & Capita illius Ecclesiæ, & gerunt vices Episcopi, qui est Pastor generalis in tota Diœcesi; Parochus autem specialis Rector in sua Parochia, & ideo in omnibus actibus ad illam spectanti

ctantibus,veluti in administratione Sacramentorum,& cæteris, si qui sunt, semper debet esse maior tanquam Episcopi præcedentiam repræsentans, vt in terminis longa manu disseruit, & conclusit Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 298. *per totum*, vbi annectit quoddam responsum D. Theodosij Rubei sacræ Theologiæ & iuris vtriusque Doctoris in eodem puncto, adeo latum, & rationibus & auctoritatibus fulcitum, vt pro hac resolutione nihil aliud sit inspiciendum, Barbosa *in pastorali, allegat.* 78. *num.* 38. Salgado *de Regia protect. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 46. *&* 54. *& seqq.*

Et quod magis est, nedum Gratianus & Theodosius supradicti Parochum in actibus suæ Parochiæ Beneficiatis & Clericis inferioris classis præponendum, verum & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis etiam capitulariter congregatis in eisdem actibus interessentibus (dummodo absente Episcopo) similiter præferendum pluribus affirmant, & suam opinionem tam ex rituali Romano cui fides adhibetur, vt *num.* 81. *&* 82. quàm ex declarat. sacræ Congreg. Rituum & sententia cuiusdam Cardinalis canonizare contendunt, & quòd sic fuit resolutum per Rotam *in vna Calagurritan. praeeminentiarum de victoria* 16. *Nouembris* 1592. corã R. P. D. Penia, vbi dictum fuit, quòd Rector in sua propria Ecclesia inspecto iure communi erat præferendus Decano & omnibus Capitularibus Collegiatæ, ad eandem Ecclesiam processionaliter certis diebus, ex antiqua cõsuetudine accedentibus, refert Salgado eandem Rotæ decisionem *dict. cap.* 9. *num.* 55. *& seqq.* & totũ hoc prouenit ex ea ratione superiùs tradita, nempe maiorem quempiam esse in suo territorio, & quòd maior, etiam Rex, debet cedere minori, dum est in illius domo, Gratian. *dict. cap. num.* 88. dixi suprà *quaest.* 1. *num.* 14. 2

Vnde quamuis Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, ex eo quòd est corpus Episcopi, fulgeat eius radiis, vt suprà *quaest.* 24. *num.* 1. *& quaest.* 10. *num.* 1. & sit maior quolibet Rectore: hæc tamen maioritas dum non facit ad actum, veluti in actibus ad Rectorem, ratione sui officij pertinentibus, nihil releuat, idem Gratian. *eodem cap. ex num.* 26. *& seqq. & tom.* 1. *c.* 106. *num.* 2. dixi suprà *quaest.* 8. *num.* 7. *& quaest.* 17. *num.* 2. *&* 10. Et nihil prodest si Capitulum sit corpus Episcopi, si Paro- 3

chus ex officio proprio & titulo perpetuo sui beneficij ipsum Episcopum, qui est caput illius corporis, in funeralibus & prædictis actibus repræsentat, & sic videtur præferendus, præcipuè quòd si quilibet Presbyter celebret in Cathedrali, ex eo præcedet in actibus cultus diuini Canonicos & cæteros, vt quotidie videtur, etiam in Capella Papæ, vbi Patriarcha, quem præcedit Cardinalis, si tamen celebrauerit, è conuerso Cardinalem præcedet: ergo à fortiori Parochus paramentis, superpellicio stoláque indutus, vel pluuiali iuxta officium suum in funeralibus, omnibus adstantibus præferendus erit, sic argumentatur D. Theodosius, vt per Gratian. *dict. cap.* 298. *num.* 68. *& seqq.* & sentit Cassan. generaliter prælationem Parochis tribuens in suis Ecclesiis *in dict. Catal.* 4. *part. consid.* 81. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 6. *à num.* 100. *& seqq.* vbi multa de prælatione Rectorum intra suas Ecclesias subiungit, & refert decisionem suprà dictam coram Penia, & aliam coram R.P.D. Litta, tenet etiam disputans Riccius *prax. fori Eccles. tit. praxis, decis. omissarum, decis.* 6. *num.* 4. *& seqq.* ex alia Rotæ decisione 105. corã Seraphino de qua loquutus sum suprà *q.* 24. *n.* 2. & ex alia 1243. *lib.* 3. *in nouissim.* iunctis aliis mediis, quibus hanc partem tueri conatur Riccius loquens in Rectore seu Parocho Parochialis matricis, Canonicis Collegialis in actibus publicis præferendo.

4 Rursus idem Theodosius *in dict. suo responso* omnibus suæ opinioni aduersantibus respondet *à num.* 91. *& seqq.* inter quę satisfacit dicto Felini *in cap. Cùm non liceat, de præscription. in principio*, quem refert etiam Boër. *dict. tract. num.* 79. vt non loquatur in Parocho, sed in Prælato simplici particularis Ecclesiæ, cui iustum est Capitulum Cathedralis præferri. Verum Genuense *in sua prax. Archiepiscop. cap.* 61. *num.* 12. sentit cum Felino, & addit, quòd quando Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Neapol. inuitatur ad funus, ipsum solum defert crucem per alienas Parochias, & non aliæ Parochiæ, quæ consuetudo reprobatur per supradictos Gratian. *dict. cap.* 298. *num.* 8. *& seqq.* & Theodos. *num* 99.

5 In hoc dubio practicatum video, Capitulum, siue Cathedrale, siue Collegiale in funeralibus Rectores & Parochos

chos praecedere cum cappa & cruce, & ipsi de hac praecedentia minime conqueruntur, nec de huius consuetudinis reprobatione aliquid tractant; Vnde eidem in hoc dubio consuetudini deferendũ erit, de qua videantur, quae suprà scripsimus, & pro Canonicis Cathedralibus scripsit Salgado *d. cap. 9. n. 64. & seqq.* facit pro hac consuetudine Gloss. *verbo à foris veniunt in cap. 3. de offic. Archipresbyt.* vbi quilibet de Episcopatu potest recipere sacramenta in maiori Ecclesia, quia Cathedralis dicitur esse Parochia totius Ciuitatis & Dioecesis, refert cum aliis Barbosa *Collect. ad Decretales in d. cap. 3. num. 4.* idem etiam iudico de Ecclesia Collegiali, quae tanquam matrix virtute erectionis dici potest Parochia non totius Dioecesis, sed loci, & hinc est, quòd respectu Parochialis sit dignior, & quòd si habeat Abbatem dici etiam possit Parochia totius Abbatiatus, ex dictis suprà *quaest. 24. num. 2.*

Dixi *hoc n.* de sententia Theodos. & Grat. Parochũ praeferendũ Canonicis in actibus publicis & cõmunibus suę Parochię & absente Episcopo, ad denotandũ quòd extra illos actus, veluti in choro, & processionibus Ecclesiae Cathedralis seu Collegialis cessat dubiũ, & absq; illo Canonici Parocho praeferendi erunt, etiam seclusa consuetudine & in terminis iuris communis: nam deficit ratio, quae pro illo vrgebat in actibus Parochiae, notat idem Theodos. *dict. cap. 298. num. 40.* cùm illi actus ad officium eius & animarum curam non pertineant, & idem dicendum, si singulariter & priuatè Parochus & Canonicus concurrant extra eosdem Parochiae suae actus: nam Canonicus etiam Collegialis Ecclesiae primus erit, ex eo quòd digniorem personam habeat, idem Ricc. *dict. decis. 6. n. 3. & decis. 637. n. 5. eiusdem prax. fori, tit. prax. var. decis.* & memini suprà *quaest. 10. n 3.* & dixi *absente Episcopo:* nam si fuerit praesens, clarum est, quòd tanquam Pastor generalis erit simul cum suo Capitulo Parocho praeponendus, idem Theodos. *num. 73. & 74* Genuensis *in practicabilibus Ecclesiast. quaest. 230. num. 3.* vbi ex iuribus *ibi* relatis discrimen inter Episcopum & Parochum colligitur. Dixi *etiam Capitulariter*: nam si ad funus Canonici priuatim, vti singuli accederent, cessat ratio dubitandi, & absque dubio Parochus 6

potior

potior erit: notat similiter idem Theodos. vbi suprà *num.* 94. de Parocho autem, quod cum cappa & cruce peruoniat vsque ad portam Monasterij & minimè ingrediatur, & sic præcedentiæ quæstio excludatur, præterquam quod vsu inter Parochos & Monachos receptum est, latè doctèque resoluit Salgado *d. cap.* 9. *num.* 79. *cum multis seqq.* vbi etiam de processionibus Religiosorum quod extra claustra inuito Ordinario ad eas exire non possint, ex *num.* 70. *& cæteris numeris*, & ab ea ratione conclusio dependet quam modo citauimus, nempè quempiam in sua domo & territorio maiorem esse.

7 Denique inter ipsos Parochos & de eorũ electione præcedentiæ quæstio ex prædictis quæstionibus, præsertim 25. poterit terminari, & similiter ex traditis per eundẽ Salgado *d. cap.* 9. *num.* 94. *& seqq.* Venio nunc ad Parochias inter quas dicatur, vt suprà *quæst.* 24. *num.* 3. & si in loco aliqua maior reputetur, ipsa per consequens prior erit, & ita primum maioritas, postea antiquitas & qualitas, vt suprà *in d. quæst.* 24. inspiciatur.

8 Quid autem si testator legatum fecerit in fauorem suæ Parochiæ, & vnam testamenti tempore, alteram verò mortis habuerit, poterit de legato inter Parochias oriri controuersia. Pro Parochia testamẽti facit, quòd in legatis illud tempus attenditur *l. si ita, ff. de auro & arg. leg.* Pro Parochia mortis similiter adducitur, quod ex verosimili testatoris voluntate tempus etiam mortis sit spectandum, bonus text. *in l. Lucius Titius*, & *ibi* glossa *verbo Cedit, ff. de fundo instructo*, &c. Sit resolutio, quòd voluntas testatoris ex coniecturis & indiciis, quæ occurrant, comprehendatur, veluti si per multum tempus habitauit in prima Parochia, ibique Sacramenta percepit, illi legatum velle reliquisse verosimile videtur: si autem legatum sit modicum, poterit præsumi factum in causam sepulturæ, & ita Parochiali, in qua testator mortuus & sepultus est, debebitur: tractat in specie hanc quæstionem, & sic resoluit Genuens. *in dict. practicab. Eccles. quæst* 398. *per totum*, docet Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 114. *num.* 2. 6. *& seqq.* & *præsumpt.* 125. *num.* 6. qui iura id probantia refert, præcipuè textum *in Auth. de Eccles. titul.* §. *Si quis*

quis in nomine magni Dei, &c. Tiraq. de iure Primog. quaest. 17. in 2. opinione, num. 21. & aliis locis.

Vlterius, si oblationes factæ sint alicui imagini depictæ 9
in pariete publico vel priuato, non leue dubium est, cui debeantur, an domino parietis, vel Ecclesiæ, & an Parochiali seu Episcopo, & sic quis eorum præferatur.

Diuersæ sunt sententiæ; nam Genuense in dict. pract. Eccles. quaest. 230. num. 1. dicit deberi domino parietis, si contemplatione illius oblationes factæ sint, & quòd sic sentiunt cōmuniter DD. in c. Pastoralis, de his, quæ fiunt à Prael. simul cum aliis relatis per ipsum Genuens. Aufrer. in addit. Capell. Thol. q. 483. versicul. aliàs acquiretur, & hæc sit prima sententia. Secunda est, quòd debeātur Ecclesiæ Parochiali parietis, pro qua faciunt plura fundamenta relata per eundē Genuensem d. quaest. 230. ante num. 2. §. Contraria opinio, idem in prax. Archiep. cap. 52. Zerol. in prax. Episcop. 1. part. verbo Parochia, §. Ad quintum, & 2. part. verbo Oblationes, §. final. cum aliis, quos refert Capell. Tholos. d. quaest. 483. simul cum additione, quæ multa ponit. Tertia sit opinio, quòd debeantur Episcopo, & sic ipse præferatur ex ea ratione, quia offerens imagini depictæ videtur offerre in honorem & decus illius, & de eo quod superest, nihil disponit, vnde Ordinarius tanquam piarum causarum exequutor cap. Nos quidem de testam. Concil. Trid. sess. 22. cap. 8. de reformat. intrat in distribuendo prædictas oblationes, sic censet idem Genuens. d. quaest. 230. num. 4. & 5. vbi hoc latè comprobat. Quid tenendum? Dico quòd prima opinio difficilis est, & eam impugnant & reprobant modernus Leo in suo Thesauro fori, part. 2. cap. 11. num. 26. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 42. num. 4. & 5. ex ea ratione, quia cùm oblationes sint iuris spiritualis, & æquiparentur decimis, cap. Quamuis de decim. & toto tit. Leo dict. cap. 11. num. 23. hinc est, quòd oblationes supradictæ domino parietis acquiri nequeant. 10

Amplector igitur secundam & tertiam opinionem hoc 11
modo, quòd oblationes præfatæ per Episcopum rerum piarum dispensatorem & exequutorem dispensentur iuxta tertiam opinionem, sed iuxta secundam, quòd Ecclesiæ Parochiali tribuere teneatur, quæ super omnibus oblationibus intra suos limites factis de iure fundat, præcipuè si ima-

go depicta sit in pariete Ecclesiæ, Marescot. *dict. cap.* 42. 6. *& seqq.* Genuens. *in dict. prax. Archiep. dict. cap.* 57 *num.* 1. quamuis postea Episcopo deberi, & non Ecclesiæ Parochiali existimauerit *in sua Practicab. Eccles. dict. quæst.* 230. *num.* 4. faciunt tamen pro secunda opinione fundamenta, quæ ipse ante *num.* 2. *versic. Contraria opinio recenset*, & eam tenent DD. *in cap. Pastoralis, de his, quæ fiunt à Prælat.* vt ait ipse Marescot. facit dictum Barbosæ *in cap.* 2. *num.* 4. *de offic. Custodis*, vbi quòd oblationes factæ in Cathedrali tempore Iubilæi spectant ad Archipresbyterum ratione curæ animarum, & non ad Episcopum ex quadam Rotæ decisione coram anno 1585.

12 Limitantur supradicta ex Aufrer. *in additione ad Capell. Tholos dict. decis.* 483. si oblationes in Monasterio Regularium fiant; nam ipsi acquiruntur *cap.* 1. *de statu Monach.* Marescot. alios referens *dict. cap.* 42. *num.* 3. vel si de intentione offerentis, aut consuetudine constat; nam ea est seruanda, si iuri non resistat, idem Aufrer. & Marescot. *num.* 2. vel si aliud ex præscriptione, vel priuilegio, dispositum extet, idem Aufrer *in dict. additione*: faciunt, quæ scripsit Moneta *in tract. de decim. cap.* 5. *quæst.* 4. *num.* 57. *& pluribus seqq.* Cætera autem de oblationibus videri & notari possunt per Genuensem *in dict. prax. Archiep. cap.* 57. & annotationem *ibi* positam, & per DD. particulariter de oblationibus scribentes, veluti Troilus, Maluet. & Socin.

13 Ex dictis suprà *num.* 4. poterit alia quæstio definiri circa sepulturam in vno duorum Monasteriorum eiusdem nominis; ex eo, quòd testator absolutè dixit, quòd in Monasterio S. Francisci sepeliatur; cùm sint duo Monasteria in loco: quippe coniecturæ supradictæ sint primò perpendendæ, & in paritate omnimoda Episcopus poterit gratificare, vt in terminis retulit Spino *de testam. glossa* 2. *princip. de elect. sepult. num.* 66. *&* 67. cum aliis per eum congestis.

14 Concludere hanc quæstionem cum alia ad Parochorum præeminentiam spectante operæpretium erit: quæro igitur vtrum Parochus in processionibus possit in vestibus ordinariis absque pluuiali incedere post Presbyterum officium exercentem, quemadmodum Prouisores & Vicarij Episcoporum incedunt: quæstio nona est, & eam in pra-

ctica

ctica terminaui & resolui, praeeminentiam illam Parochorum non esse, sed tantùm Vicariorum, ex eo quòd illi iurisdictionem tantùm interiorem in sacramentalibus exercent, & retinent: Homobonus cum aliis *de statibus hum. vitae, part.1. cap.14.* nec vllam exteriorem, quae ad solos Episcopos & eorum iudices spectat, cuius vigore animas & corpora iudicant, glossa *verbo Secularium in cap.1. distinct. 36.* ille verò locus in processionibus ab Episcopis & iudicibus assumptus iurisdictionem & Praelaturam significat exteriorem, & ideo post celebrantem in vlteriori loco signatus est in signum praeeminentiae, & auctoritatis interioris simul & exterioris, quae cùm in Parochis deficiat, proculdubio locum vlteriorem calcare non valent, & quemdam Parochum correxisse, & poena pecuniaria mulctasse: ex hoc capite memor sum, dum in visitationis exercitio ministrarem, praeceptúmque fuit illi vt deinceps praedictam praeeminentiam non vsurparet, sed quòd in processionibus vlteriorem locum Clericorum dealbatus in cornu dextero teneret.

Praeferuntur etiam Parochi quibuslibet laicis in domus 15 iuxta Ecclesiam Parochialem conductione ob commodam Sacramentorum administrationem exceptis iudicibus Ecclesiasticis & secularibus, qui sunt potiora capita Reipublicae, dixi suprà *quaest.19. in num finali.*

QVAESTIO XXXIII.

De praecedentia

Patriarcharum.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex sit ordo Episcoporum?*
2 *Patriarchae quibus praeferantur?*
3 *Inter ipsos, qui praecipui, & an Cardinalibus sint potiores?*
4 *De caeteris ponitur praelatio.*

1 E Patriarchis scripsi suprà *quaest.*4. *num.*7. 8. *&* 9. vbi dixi eos alio nomine Primates appellari per text. *in cap.* 1. 99. *distinct. & ibi* glossa *verbo Patriarchas*, & tradit Scaccia *tract. de appellat. q.* 8. *num.* 99. *versic. neque tollitur*, Leo *in Thesau. for. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 29. & ita triplex ordo Episcoporum constituitur: Primò à Patriarchis siue Primatibus, postea ab Archiepiscopis, & deinceps ab Episcopis, Paul. Lancellot. *instit. iur. Canon. lib.* 1. *tit.* 5. *in princ.* & *ibi* glossa *verbo Tripartitus* quæ respondet ad text. *in cap. Cleros* 21. *distinct.* vt quamuis ibi constituatur ordo Episcoporum quadruplex, non sit nisi triplex, quia Patriarchæ ibi sumuntur pro illis quatuor principalibus contentis *in glossa verbo Patriarchis*, & nomine, Archiepiscopis, includuntur cæteri Primates & Patriarchæ glossa *verbo Archiepiscopis, in dict. cap. Cleros*, & ita sublato illo ordine Patriarcharum principalium, remanet triplex ordo in generali loquendo, refert etiam Moneta *de conseruat. iudic. cap.* 5. *num.* 46. *&* 47. addens, quòd in aliquibus Concil. Trid. locis dum ibi distinctio fit inter Primates & Patriarchas; esse, intelligendum de dictis principalibus & particularibus, Leo *d. Thesau. & cap.* 2. *num.* 26.

2 Patriarchæ igitur cæteris Archiepiscopis siue Metropolitanis, Episcopis, & Abbatibus præferuntur, Cæsar *de Eccles. hierarch. disput.* 4. §. 4. *num.* 1. quod probatur ex eo, quod ordo Episcoporum ab eis incipit & sublato Papa & Cardinalibus, dicuntur esse in secundo gradu, Homobonus *de statibus humanæ vitæ part.* 1. *cap.* 6. *versiculo in secundo gradu* & dicuntur summi Patrum seu Principes *dict. c. Cleros, in princip.* Paul. Lancellot. *dict. tit.* 5. §. *appellantur autem*, & quod præferantur tradit Cassan. *dict. Catal. &* 4. *p. consid.* 19. Boër. *dict. tract. de auctor. mag Cons. num.* 50. *vsque ad* 56. vbi de variis tractat Patriarchis, Hostiens. *in summa lib.* 5. *tit. de pœnit. & remiss. num.* 18. arguendo ab ordine per eum posito, & apertè constat ex text. *in dict. cap.* 1. *&* 2. 80. *distinct.* vbi Patriarchæ successerunt in loco Primiflaminum, id est, eorum, qui primi Sacerdotes erant Gentilium, quorum secundi dicebantur Archiflamines in quorum numero successerunt Archiepiscopi, & tertij vocabantur Flamines, quos sequuti fuerunt Episcopi, vt describitur

in

in dict. cap. 2. & ibi glossa & Archidiac. Boër. *dict. tract. num.* 54. Leo *d. Thesau. & cap.* 2. *num.* 29. dixi *suprà quaest.* 4. *num.* 5. *& q.* 27. *num.* 1. & Patriarchas similes esse Praefectis Praetorio, & Archiepiscopos Praesidibus Prouinciarum, & Episcopos Defensoribus Ciuitatum testatur idem Boër. *dict. tract. num.* 52. *in fine*, & Patriarchae annumerantur in caelesti Hierarchia in ordine Cherubin, qui est ante ordinem Thronorum sub quo intrant Archiepiscopi & Episcopi, & ante ordinem Dominationum ad quem assumuntur inferiores Praelati, vt Abbates, tradit satis accuratè Cassan. *in dict. Catal.* 3. *p. consid.* 7. *§. ad hunc etiam, & consid.* 8. *§. ad hunc enim, & consid.* 9. *§. ad hunc ordinem*, & ita ex omni parte Patriarchae Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus potiores fiunt, quod amplius comprobatur ex Concil. Trid. *sess.* 6. *cap.* 1. *& sess.* 23. *cap.* 1. *& sess.* 24. *cap.* 3. vbi prius Patriarchae ponuntur & nominantur, & valet argumentum ab ordine Scripturae & ex priori nominatione praecedentia arguitur *suprà quaest.* 1. *num.* 3. & quia ab Episcopis & Archiepiscopis appellatur ad Patriarchas ex his quae notat idem Scaccia *tract. de appellat. quaest.* 8. *num.* 97. *& num.* 98. *declarat.* 2. vbi hoc limitat, in illis Patriarchis tantum, nempe Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino, & Hierosolymitano, de qua declaratione dubito; nam quãuis hi Patriarchae sint maioris excellentiae, quàm caeteri, non tamen est dubium quin reliqui sint etiam superiores in suis prouinciis, cùm sint ordinarij Archiepiscoporum, & quilibet habeat suas Prouincias ex traditis per Abbat. *in cap. antiqua num.* 3. *&* 5. *de priuileg.* vnde ad illos rectè poterit appellari, licet haec appellatio parum aut nihil sit in vsu, cùm ab Episcopis ad Metropolitanos & ab eis ad Legatum cum facultate de latere, seu Nuntium instantiae dirigantur in praxi.

Sed inter ipsos Patriarchas elucent tanquam praecipui 3
Primò, Constantinopolitanus; secundò, Alexandrinus; Tertio, Antiochenus; Quartò, Hierosolymitanus, quia quatuor Euangelistas repraesentant & vocantur Sanctissimi, notat additio. Paul. Lancellot. *instit. iur. Can. lib.* 1. *tit.* 5. *§. Patriarchae, verbo Ant. Tim. cap. Cleros* & *ibi* glossa *verbo in Patriarchis*, 21. *distinct. cap. Sacrosancta, cap. Constantinopolitanae, cap. renouantes, & cap.*

diffinimus 22. *distinct.extrauag. Sancta Rom. de elect.* & definiuit Eugen.IV. *in sua Bulla* 17. vt constat *in Bullario* 1.*tom. fol* 285. ex quibus iuribus colligitur hos Patriarchas immediatè sequi post Romanum Pontificem, qui est Patriarcha Patriarcharum,& præcipuè Basilicæ Lateranensis *cap. in nomine Domini*,23.*distinct.*Leo *dict.cap.*2.*num.*27. Monet. *de conseruat. iud. cap.*5.*num.*46.Homobonus *d.cap.*6. §.*sunt autem*, Barbos. *in pastor.p.*1.*tit.*1.*num.*8.*& tit.*3.*cap.*1. *num.*2. vbi licet disputet inter hos Patriarchas quis sit antiquior & prior,bene tamen *n.*17. concludit eorum præcedentiam non tam ex antiquitate quàm ex Pontificum pendere priuilegiis,immemor tamen Eugenij Bullæ quam modo citauimus, & ita de iure præcedere debuissent Sanct.Rom.Eccl.Cardinales & tradit Abb. *in dict. cap. antiqua de priuil. num.* 6. sed consuetudine contrarium Romæ seruatur, vt dixi suprà *quaest.* 13. *num.*2. additio ad Paul. Lancellot. *instit.iur. Can. lib.*1. *tit.*5. §.*Patriarcha,verbo Tenent locum*,& est rationabilis consuetudo;nam si Cardinales sunt pars corporis Papæ & fratres eius,vt suprà *quaest.* 13. *num.*1. *&* 6. inconueniens esset, & monstruosum inter fratres,& vnum corpus, alterum inserere; vnde prædicti Patriarchæ nec Cardinales præcedunt; imò postponuntur, nec etiam vocantur Sanctissimi cum hoc verbum ad solos Pontifices & Papas dirigatur testante consuetudine, & docet text.*in d.cap.definimus* 22.*distinct.*

4 Inter cæteros autem Patriarchas præcedentiæ quæstio ex dictis suprà *quaest.*1.*num.*15.*& seqq.& quaest.*27.*num.*6. *& seqq.* poterit resolui, & similiter in electione eorum ad dicta suprà *quaest.*25.recurratur,& de priuilegiis Patriarcharum,nempe de pallio & cruce notauit Abb.*in dict.cap.antiqua in principio* Bertachin. *in repertor. verbo Patriarcha*, *Ceremon. Rom. lib.* 1. *cap.*16. & poterit latius videri per DD. particulariter de Patriarchis agentes,vtpote inter cæteros Anast.Germon.*de sacra immun.lib.*2.*cap.*5.Conrad.*ind.templ.omn.ind.lib.*2.*cap.*4.Card. Iacobat.*tract.de Concil.lib.*1.*artic.*1.Pauin.*de potest.cap.sed vac.pralud.*6.relati per Monet.*d.tract.de conseruat.ind.cap.*5. *num.*46. *in fine* & meminit Homobonus *d. tractatu de statibus humanæ vitæ & cap.*6. & Barbos.*in d.Pastor.tit.*3.*cap.*1 *num.*1. cum aliis relatis.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXXIV.

De præcedentia Patronorum.

SVMMARIVM.

1 *Qualis honor & præcedentia Patronis debeatur?*
2 *Si Patronus sit Pauper, & Ecce sia, quæ paupertas potior sit in alimentis?*
3 *Patronis pluries præsentantibus quis præualeat? declaratur & limitatur.*
4 *In successione iurispatronatus quæ sit prælatio remissiuè?*
5 *Duorum per unum Patronum præsentatorum vter præferatur in electione? & variatio quando permittatur in præsentationibus cum decem limitationibus adhibitis ad regulam?*
6 *Prima limitatio est, vt non procedat regula post institutionem Episcopi.*
7 *Secunda, quando Patronus laïcus præsentat recedendo à prima præsentatione.*
8 *Tertia, quando Patronus pluries quàm semel præsentaret.*
9 *Quarta, vt non procedat lite pendente.*
10 *Quinta, vt non procedat, quando Patronus laïcus præsentaret simul cum Patrono Ecclesiastico.*
11 *Sexta, quando Patronus laïcus primam præsentationem iurauit.*
12 *Septima, quoties Patronus laïcus post factam primam præsentationem donauit iuspatronatus.*
13 *Octaua, non procedit, si contrarium, nempe quòd Patronus laïcus variare posset, constitutum esset.*
14 *Nona, vt non procedat ex parte Patroni Ecclesiastici.*
15 *Decima, vt non procedat, quando Clericus Patronus non vt talis, sed vt laïcus, præsentat.*
16 *Duorum Procuratorum datorum ad præsentandum vter præponendus?*
17 *Inter Pupillum & eius Tutorem quomodo prælatio super præsentando colligatur? remissiuè idem inter maritum & vxorem.*

Patroni

1 Patroni in Ecclesiis iurispatronatus prae aliis sunt honorandi, & omnes praecedere debent iuxta textum *in cap. Nobis, in fine de iurepatron.* & *ibi* Panormit. *num.* 5. & alij communiter scrib. & probatur ex carminibus positis *in fine glossae dict. cap.* ibi: *praesens vt praesit*, &c. Cassan. *in suo Catal. 4. part. consid.* 80. Iulian. Viuian. *in sua prax. iur. patron. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. Ex quibus DD. colligitur, quòd Patroni tenent primum locum in processionibus, & Rectores debent illos honorare, & venientibus obuiam ire, & ante omnes post Praelatum incedere, & in thuribulo, & pace omnibus praeferri, facit Cerem. Rom. *lib.* 1. *cap.* 23. §. *Quo verò ad laicos*, & extra Ecclesiam debet Rector Patronum honorare, illi assurgendo, illum salutando, neque debet Patronum absque venia ad ius vocare, argumento textus *in l. vlt. ff. de in ius voc.* tradit idem Viuian. *dicto loco*, vbi hoc scribit sumpta occasione à definitione iurispatron. *in verbo Honorificum*; & quòd Rector obuiam eat Patrono venienti, intelligendum est, vsque ad portas Ecclesiae, non autem vsque ad portas Ciuitatis, nisi fuerit Papa aut Cardinalis, tradit idem Cassan. *dict. consid.* 80. Panormit. *in d. cap. Nobis, n.* 5. vbi loquitur in Rege & magno Principe, quibus solùm vsque ad ambitum Ecclesiae dicit occurrendum.

2 Sed inter caetera, quae Patronus consequitur ab Ecclesia, vnum est, quòd sit alendus, si pauper fuerit, iuxta eundem textum *in dict. cap. Nobis*, & *ibi* DD. Riccius *Collectan. decis. p.* 3. *decis.* 554. Farinac. *decis.* 594. *in nouissim. ciuil. penult.* idem Riccius *in prax. for. tit. prax. iur. patron. decis.* 170. Menoch. *consil.* 32. *n.* 2. & 21. *vol.* 1. quaeri ergo poterit, vtrum Ecclesia pauper ad hoc teneatur, & ita si ex vtraque parte, tam paupertas Patroni, quàm Ecclesiae concurrerit, qualis praeferatur? Et proculdubio Ecclesia non tenetur alere Patronum, nisi deducto ne egeat, & de eo, quod sibi superest, & ita paupertas eius praeferenda erit, Abbas *in dict. cap. Nobis, num.* 6. vbi hoc notabiliter docet argumento Liberti, qui etiam de eo, quod superest, tenetur alere Patronum ex iuribus per eundem relatis, & quòd Patronus habeat priuilegiū inter alios pauperes, & abundantius ei succurratur attentis qualitati-

bus

bus eius, cum habeat actionem ad alimenta postulanda, quàm non habent cæteri pauperes, illud tenent modernus Genuens. *in sua practicab. Ecclesiast. quæst.* 378. Gratian. *disceptat. forens. tom.* 3. *cap.* 552. *num.* 11. Velascus *de priuileg. paup.* 1. *part. quæst.* 42. *num.* 19. referens eundem Gratianum & Petrum Surdum.

Rursus si Patroni faciant plures præsentationes & nominationes, quæ potior sit, videndum erit: in quo dubio illa primas obtinebit, & regulariter erit instituenda, quæ à maiori Patronorum parte facta fuerit iuxta textum *in cap. Quoniam, iuncta gloss. verbo Qui maioribus, de iure patron.* & *ibi* scrib. Farinac. *decis.* 649. *in ciuil. nouiss. penult.* Zerol. *in prax. Episcop.* 1. *p. verbo Iuspatronatus*, §. 19. Seraph. *decis.* 875. *num.* 2. Maceraten. *in sua pract. lib.* 1. *resol.* 108. *num.* 49. tractat in specie hanc quæstionem Riccius *in prax. for. tit. prax. iur. patron. decis.* 177. *num.* 133. *&* *decis.* 191. *num.* 198. vbi plures refert, & dicitur quis præsentatus per maiorem partem Patronorum, si Patroni præsentent vt singuli, & sint quatuor, quorum duo præsentent Titium, & alij separatim alios, tunc Titius dicitur præsentatus à maiori parte; secus autem si Patroni sint Collegium, & Vniuersitas; tunc maior pars dicitur respectu Collegij, & debent conuenire in vnum Patroni facientes maiorem partem illius, & non sufficeret maior pars respectu aliarum præsentationum, quia tunc esset nulla præsentatio, tradit doctè Panorm. *in d. cap. Quoniam, num* 13. Felin. *in cap. Cùm omnes num.* 15. *&* 16. *de constitut.* Iulian. Viuiam alios referens *dict. prax. iur. patron. part.* 2. *lib.* 12. *cap.* 12. & in paritate vocum & meritorum locus erit gratificationi, *cap. Cùm autem*, vbi communiter DD. *de iure patron.* dicam infrà *num.* 5. idem Riccius *eodem loco decis.* 191. *num.* 199. *&* 200. vbi quòd Ciuis extero, senior iuueni in gratificatione præferendus erit, quæ tam per Episcopũ, quàm eius Vicarium fieri posse multis comprobat idem author *eodem tit. decis.* 219.

Sed dignior præsentatus instituendus est prout suprà *quæst.* 15. *num.* 9. adnotaui, vbi *num.* 11. quis dignior esset iudicandus similiter explicui, & procedit etiam si dignior electus esset à minori parte, quia instituendus, & præferendus est in prouisione Parochialium propter Concil. Trid. *sess.* 24.

cap. 18. *de reformat.* & Bullam Pij V. quæ incipit *in conferendis*, & ita hoc in casu fallit regula *dict. cap. quoniam de iure patron.* notat Zerola *in prax. Episcop.* 1. *part. verbo Ius patronatus, d.* §. 19.

Mox etiam fallit regula *d. cap. quoniam*, si minor pars Patronorum sit in vltima possessione præsentandi, & de possessorio tractetur: nam maiori parti, præsentatio per minorem facta præferenda erit; Card. & Abb. *in cap. ex litteris de iurepatronat.* per text. *in cap. cùm Ecclesia Sutrina de caus. possess. & propriet.* refert Iulian. Viuian. *d. prax iur. patron. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 24. idem Abb. *in cap. Consultationibus*, per illum text. *num.* 9. *de iure patron.* vbi distinguit, Maceraten. *lib.* 1. *var. resol. resol.* 108. *n.* 47. *&* 48. *& resol.* 104. *num.* 7. cum relatis per eum, quos ideò non refero: & hinc est, quod interdictum retinendæ datur Patrono talem possessionem habenti, Menoch. *de retin. remed.* 3. *num.* 131. *& seqq.* Seraphin *decis.* 499. *num.* 1. *& decis.* 884. *num.* 3. *& decis.* 1472. *num.* 2. etsi duo Patroni habuissent eandem possessionem, seu quasi, magis colorata prima erit, Maceraten. *d. pract. & lib.* 1. *resol.* 60. *num.* 24. vbi plures refert & de prælatione possessionum videatur *infrà quæst.* 37. sed aduersus hoc videtur obstare, quòd possessio præsentandi, seu præsentatio vnius Patroni, præseruat ius cæterorum; ergo dici non potest, quòd altera pars sit, & non sit in possessione præsentandi. Verum respondetur hanc præseruationem procedere, quando omnes Patroni sunt in possessione præsentandi; secus si non fuissent: si enim vnus præsentaret, & possessionem acquisiisset, tunc enim non præseruaret ius Compatronorum, vt benè adnotauit Riccius *d. prax. fori, tit. prax. iur. patron. decis.* 209. vbi regulam cum suis limitationibus scripsit, & Rotæ decisionibus comprobauit, quibus addo Seraph. *decis.* 339. *num.* 3. simul cum aliis eiusdem Seraph. per eumdem Riccium allegatis, Maceraten. *d. resol.* 108. *num.* 32. *& seqq.*

Sed prædicta intelligenda & declaranda sunt, quando de Canonicando iurepatronatus non agitur, nec de illo est controuersia; aliàs si fuisset: tunc etiamsi Patronus alter habuisset possessionem præfatam, non ideo ex ea probasset ius patronatus quoad effectum manutensionis, aut prælationis, cùm illud nisi ostenso titulo non probetur post Concil. Trid. cuius decretum & forma sequenda est quoties de

proba

probatione iurispatronatus agitur, & habet locum tam in petitorio, quàm in possessorio, vnde non est admittenda præsentatio, aut præsentati institutio, nisi prius verificetur iuspatronatus ex decreto Concil verba sunt declarationis Sacr. Congreg. Cardin. relatæ cum aliis per eundem Riccium in specie tractantem *dict. tit. prax. iur. patron. decis.* 153. vbi decisiones Rotæ & aliam subdeclarationem eiusdem Sacr. Congreg. recenset.

Circa tamen prælationem in successione iurispatronatus 4 etiam possunt quæstiones excitari, de quibus poterit videri per eundem Riccium *dict. praxis fori & tit. prax. iur. patron. decis.* 155. *& decis.* 175. *& decis.* 198. *&* 199. *& decis.* 203. *&* 206. *&* 210. *&* 211. & singulariter 222. scripsit enim doctè & eleganter hanc materiam, & alias plures paucis verbis, & per breues resolutiones, & *decis.* 223. eiusdem tituli circa controuersiam inter Maritum, & vxorem in iure præsentandi, Zerol. *in pract. Episc.* 1. *p. verbo Iuspatronatus*, §. *decimum dubium, & vigesimum quintum, circa controuersiam inter Patronos masculum & fæminam*, ad eos igitur recurratur pro facti contingentia.

Vidimus suprà *num.* 3. quando plures Patroni præsentant, 5 quid iuris sit in casu præcedentiæ: nunc quando vnus Patronus duos præsentaret, quid sit iudicandum, videamus, in quo dubio aduertendum est illius resolutionem ab illa quæstione dependere, an scilicet Patronus variare possit in præsentando; si enim non possit, clarum est primum præsentatum esse præferendum, cùm secundus non admittatur; si autem possit, erit locus gratificationi iuxta suprà dicta *num.* 3. quibus addo *l.* 6. *&* 7. *tit.* 15. *p.* 1. tradit cum Hostiens. *in summa*, Rocho de Curte, & aliis Gutierr. *de iuramento conf. p.* 3. *cap.* 13. *num.* 5. Zerol. *in praxi Episc.* 1. *p. verbo Iuspatronatus*, §. *septimum dubium*, aduertendo quòd in Parochialibus iurispatronatus gratificatio inter concurrentes spectat ad Patronum, si est Clericus, si autem laïcus, ad Episcopum, ex Concil. Trident. *d. sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* notat Nauarr. *consil.* 5. *num.* 1. *&* 2. *de iure patron.* Zerol. *d. pract.* 2. *part. verbo Iuspatronatus*, §. *decimo*. Et veniendo ad quæstionem variationis resolutio & regula illius est, quòd Patronus laïcus poterit ante institutionem Episcopi alium accumulando semel præsentare, quod face-

X 2 re

re nequit Patronus Ecclesiasticus; iura sunt *in cap. quod autem, cap cum autem, & cap. Pastoralis de iure patron.* & vltra Ordinarios ibi tractant in specie Gutierr. *de iuram. confir. dict. 3. p. cap. 13. num. 1. & seqq.* Spinus *in specul. testam. gloss. 4. num. 73. & seqq.* Iulian. Viuian. *in sua praxi iurispatron. lib. 10. cap. 1. 2. 3. & 4.* vbi tam Lambert. & Rochum quàm alios eorúmque dicta transcribit Seraphin. *decis. 1173. num. 1.* Ceuall. *com. contr. com. quaest. 265. & quaest. 693.* Riccius *in dict. praxi fori, tit. praxis iur. patron. decis. 173.* vbi alios refert, Zerol. *d. pract. & 1. p. verbo Iuspatronatus, §. 24.* Lara *tract. de Capellan lib. 2. cap. 9. num. 8. & seqq.* vbi refert rationes huius resolutionis, quas etiam cæteri referunt DD. nempè, quia inconstantia in personis Ecclesiasticis non admittitur, & quia illæ cognoscere melius debent personas Ecclesiæ, & ita eligere & præsentare benè ex prima vice iuxta text. *in dict. l. 6. & 7. tit. 15. p. 1.* vel, quia præsentatio in personis Ecclesiasticis sapit electionem, & sicut in hac, ita & in illa variatio nequit admitti, Spinus *dict. loco num. 78.* & refert hanc rationem esse communem, licet eam reprobet; sed illam tenet idem Viuian. *dict. loco cap. 1. num. 3* ad idem Nicol. Garcia *de benef. 5. p. cap. 9. num. 211. & seqq.* Fusch. *de visit. lib. 2. cap. 10. num. 3.*

6 Quæ regula limitatur aliquibus modis. Primò, vt non procedat post institutionem Episcopi; nam ex illo primo præsentato ius acquisitum fuit, cui Patronus laïcus præiudicare non potest, Gutierr. *dict. cap. 13. num. 1. & 2.* ideo dicitur in regula; *Ante institutionem*, &c.

7 Secundò, non procedit, quando Patronus laïcus præsentat recedendo à prima præsentatione, *dict. cap. cum autem*, cum aliis, vt per eundem Gutier. *num. 4.* idem Viuian. *d. prax. lib. 10. cap. 3. num. 7.* idem Riccius *d. praxi, tit. decis. 173. num. 110.* Garcia vbi proximè *num. 114.* Maceraten. cum pluribus *d. pract. & lib. 1. var. resolut. resol. 104. num. 10.* ideò dicitur in regula; *Accumulando*, &c.

8 Tertiò, non procedit, quando pluries, nempè bis, ter, aut amplius Patronus præsentaret, vt confusio aut infinitas euitetur, idem Garcia cum pluribus *dict. num. 214.* Ceuall. *dict. quaest. 265. num. 1. & quaest. 693. num. 3. & 5.* idem Riccius *dict. decis. 173. num. 111. §. final.* cum aliis relatis idem Viuian. *dict. lib. 10.*

lib. 10.*cap.*4.*num.* 1. Gutierr. *d. cap.* 13. *n.*3. vbi hoc probat *ex d. l.*6.*&* 7.*tit.* 15.*p.* 1.& contrariis respondet, quod similiter facit Garcia *n.* 215.*&* 216.& ideò dicitur in regula; *Semel*, &c.

Quartò, non procedit lite pendente; tunc enim Patronus laïcus variare etiam accumulando non potest, vt cum aliis docet idem Riccius *d.decis.*173.*num.* 111. & melius & latius cum ampliationibus & limitationibus *decis.* 176. *per tot. eiusdem tituli* vbi probat text. *in c.* 1. vt lite pendente habere etiã locum in præsentatione, Viuian. *d.prax. & lib.* 10. *c.*4. *n.* 3. *& num.*4. ponit aliam sublimitationem huius limitationis cum Rocho & Lambertino *in suis tractatibus*, Garcia cum multis *d. cap* 9.*num.* 217. *vsque ad* 221. Cassador. *decis.* 3. *n.*2. vt lite pendente Maceraten. *d.resol.* 104. *n.* 14. referens Lancellot. *tract. de attentat. lite pend. part.* 2.*cap.*4.*in præfat.n.*579. simul & alios. 9

Quintò, non procedit quoties Patronus laïcus coniunctim conuenire deberet cum Ecclesiastico in vnius præsentatione; tunc ratione prohibitionis ex parte Ecclesiastici variare non posset, iuxta *reg. in re communi de reg. iur.* & notat cum aliis Gutierr. *d.cap.* 13.*num.* 10. vbi *num.*9. *&* 11. docet regulam habere etiã locum interposita appellatione à primo nominato per Patronum laïcum, ex eo quòd Episcopus illum non instituat iuxta *d. cap. Pastoralis*, & *ibi* Abb. *num.* 2. & quamuis hoc casu Patronus laïcus possit variare, non tamen tenetur quousque per iudicem appellationis fuerit iudicatum, & per rem iudicatam de inualiditate præsentationis constiterit, notat Viuian. *dict. prax. lib.* 10.*cap.* 5. cum Rota Romana & aliis. 10

Sextò, non procedit, quoties Patronus laïcus primam præsentationem iurauit, hoc est, illam non reuocare, nec variare secundum eundem Gutierr. *dict.cap.* 13.*num.* 13. §. *His tamen non obstantibus*, vel quando sine iuramento promisit non variare, idem Gutierr. *dict. num.* 13. *in fine*: sed quoad primum contrarium censere videntur Viuian. *dict. prax. lib.* 10. *cap.* 2. *n.* 2.*&*4. Paul. de Castro *consil.* 361.*num.*4.*& cons.*339 *num.* 3. *lib.* 1. & Alex. *cons.* 16. *num.* 3. *lib.* 3 Couarr. *de pactis*, 2 *part.* §.2. *versicul. Prædicta verò conclusio*, cum Rocho & Lambert relatis, docentes Patronum laïcum validè posse variare, etiamsi contrarium iurauerit, idémque esse, si iudex tacitè, vel expres- 11

sè secundam præsentationem admiserit: nam illa tenet, quamuis Patronus & iudex periuri sint: & aliud est, quòd Patronus non possit variare, & aliud, quòd iudex variationem non debeat admittere: primum quippe verum non censeo, quia cùm pœna periurij validè potest variari iuxta Pauli & Alex. sententias, cùm valeat actus contra iuramentum, licet faciens periurus fiat, Viuian. *dict. cap. 2. num.* 4. cum aliis, quos refert: secundum verò clarum est iudicem periurium admittere non debere, cùm ipse particeps fiat: sed si admittat, actus valet, nec potest per superiorem reuocari, vt minus benè censet Gutierr. *dict. num.* 13. §. *Sed ego*, &c. Quia potuit admittere cum dicta pœna periurij, licet in illa condemnari valeat, & in hoc confusè loquitur dictus Gutierr. *eodem cap. n.* 13. §. *His tamen*, &c. Dum ex eo, quòd iudex variationem admittere non debeat, cui iuramentum obstat, infert ad inualiditatem illius: nam, vt dixi, aliud est non debere, & aliud non valere, & sic loquuntur Couar. *dict.* §. *Prædicta verò conclusio*, Spinus *in specul. testam. gloss. 4. num.* 76. & cæteri *hoc num.* relati, ex quibus poterit contrariis responderi. Quoad illud verò de promissione simplici de non variando per Patronum laïcum facta, idem dicendum est à fortiori, nempè vt non obstante promissione variatio valida sit, nisi promissio fiat ante vacationem, vel de beneficio vacaturo, quæ improbatur per textum *in cap. vlt. de concess. Præb.* vel nisi promissio sit simoniaca, de quibus cum Lambert. loquitur & distinguit idem Viuian. *dict. lib.* 10. *cap.* 2.

12 Septimò, non procedit, si Patronus laïcus fecisset donationem iurispatronatus, vel exercitij eius post factam primam præsentationem: tunc enim variare non potuisset, vt pro cautela posuit idem Gutierr. *dict. cap.* 13. *num.* 14. cum aliis, & hoc clarum & verum est, nisi etiam donatio sit simoniaca, vel improba iuxta proximè dicta.

13 Octauò, non procedit, si ex dispositione testatoris statutum esset, quòd Patronus laïcus bis & pluries variare posset: ex eo, quòd dispositio hominis facit cessare dispositionem legis, *l. final. C. de pactis*, notat Ceual. *dict. quaest.* 265. *num.* 1. & 2. & hoc disposito in fundatione Capellaniæ, vel beneficij esset facere illam, vel illud amobilem & amobile, manualem

nualem ſeu manuale iuxta tradita per Garciam *de benef.* 1. *part.cap.2.num.*72.*& pluribus ſeqq.* cum aliis relatis, & latius per Laram *dict.tract.de Capellan.lib.2.cap.6.per tot.* Gutierr. *conſ.* 1. *&* 2.*num.*1.ex quibus conſtat poſſe fundatorem hanc conditionem & alias in ſuo teſtamento ponere, & ſic aliquando practicatur.

Nonò, limitatur regula ex parte Patroni Eccleſiaſtici, vt 14 poſſit variare, quoties præſentatio non habuit effectum, vel non fuit perfecta, veluti ſi deficiat aliqua perſona ex requiſitis ad præſentationem, vel ſi præſentatio facta ſit coram eo, qui non habet ius inſtituendi, vel alio modo, vt cum Lambert. & aliis notat idem Viuian. *d. prax. & tit. praxis iur.patron.part.2. lib.* 10. *cap.*1. *num.*8. 9. *&* 10. vel etiam poterit variare, quoties per errorem præſentauerit ex ratione defectus conſenſus, cui nihil tam contrarium quàm error, idem Viuian. *dict.cap.*1.*num.*19.

Decimò, limitatur regula eo caſu, quo Clericus Patronus 15 præſentat vt laïcus, nempe quando eſt Patronus ratione ſui patrimonij, vt cum text. *in c.Cùm dilectus de iure patron.* Abbas *ibi num.*4. & aliis relatis ſcripſit Gutierr. *dict.cap.* 13. *num.* 12.

Igitur ex ſupradictis tam regula quàm limitationibus quæſtio *hoc num.*5. propoſita poterit terminari.

Vlterius ſi Procuratores dati fuerint in ſolidũ ad præſen- 16 tandum, etiam præcedentia intrat in primo Procuratore præſentante ratione præuentionis, argumento textus *in cap. Si duo de Procurat.lib.6.* Ioan. Andr. *in cap.Si quis de elect.lib.* 6. refert, & in ſpecie notauit idem Viuian. *dict.prax. part.*2.*lib.*5.*c.* 4.*num.* 11. *& lib.* 12. *cap.* 15. *num* 8. quod limitarem ego, niſi Procurator proueniens creatus fuiſſet ad certam & determinatam perſonam tempore futuræ vacationis præſentandam: tunc enim hæc præſentatio non valuiſſet; ſecus ſi mandatum non ſpecialiter, ſed generaliter datum fuiſſet, tradit Rotæ deciſionibus relatis Riccius *dict.prax.fori, & tit. prax.iur.patron.deciſ.* 182. vbi declaratur text. *in cap.final.de conceſſ.Prab.* plures etiam refert & colligit Cenedo *in Collectan. ad Decretal.ſuper dict.cap.finali.fol.*470.*num.*1. tetigi ſuprà *num.*5. *§.Sextò non procedit, in fine.*

An etiam intret præcedentia inter pupillum & eius Tu- 17 torem

torem super iure præsentandi tractarunt in specie aliqui ex recentioribus, veluti Garcia *5. part. de benef. cap. 8. n. 186. & pluribus seqq.* Iulian. Viuian. *dict. prax. iur. patr. part. 2. lib. 12. cap. 15.* vbi casus distinctos in hoc dubio posuit, & *n. 6.* etiam de precedentia inter maritũ & vxorem loquitur, de qua suprà scripsi *n. 4.* referens Riccium *d. prax. fori, & tit. prax. iur. patron. decis.* 223. Et hæc sufficiant de hac materia, cùm cæteræ quæstiones, si quæ occurrerint, aut defecerint in præsenti per dictum Riccium, Garciam & Viuianum poterunt resolui, qui dicta Lambert. & Rochi in suis tractatibus confusis, ad methodum tractabilem præcinxerunt.

QVÆSTIO XXXV.

De præcedentia Pauperum.

SVMMARIVM.

1 *Diues an pauper præferatur in assequutione beneficij?*
2 *Legatum relictum pauperibus quomodo circa prælationem distribuendum?*
3 *Relictum duobus Monasteriis, Ecclesiis aut Hospitalibus eorundem nominum, cui potiori debeatur?*
4 *Episcoporum ordo in elargiendis eleemosynis.*
5 *Viduæ an virgines pauperes in legato relicto pro maritandis mulieribus pauperibus sint potiores?*
6 *Quomodo Ciuitatis pauperes sint præponendi declaratur.*



1 Onamus, quòd in assequutione beneficij Parochialis concurrant duo, quorum alter est diues, & alter pauper, cui eorum conferendum erit per Episcopum? Pro parte diuitis facit, quia ipse est præferendus pauperi in honoribus & honorabilibus, vt notaui suprà *quæst. 9. num. 3.* Pro parte autem pauperis vrget, quia tales dicuntur domini bonorum Eccle-

Ecclesiasticorum, *cap. Quod autem, 23. quaest. 6.* & bona Ecclesiæ & Clericorum sunt bona pauperum, dixi *eadem quaest. 9. num.* 4. & cum aliis refert Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glossa 2. num. 16. & seqq.* Velascus *de priuileg. pauperum part. 1. quaest. 7. num. 29.* Præterea, pauperes habent plurima priuilegia relata per Archidiac. *in cap. Pauper, num. 1. 11. quaest. 3.* Felin. Bald. Gigant. Lupum & Couarr. *lib. 2. var. cap. 16. num. fin.* quos recenset idem Gonzal. *dict. glossa 12. num. 35.* Luc. de Peñ. *in l. eos, C. de numero liber. num. 4. lib. 10. fol. 228.* vbi latè videtur: Ergo quòd talis pauper debeat diuiti præferri, eo maximè, quia pauperes probos & sapientes ab honoribus non esse excludendos cum aliquibus Politicis rescripsit Homobonus *de statibus humanæ vitæ, cap. 1. part. 2. cap. 18. §. Et rectè.* In hoc dubio sic distinguendum existimo, aut diues habet qualitates scientiæ & virtutis & aptitudinis ad beneficium, ita vt dignior sit eo modo quo suprà *quaest. 25. num. 11.* & tunc clarum est illum debere præponi, vt *in eadem quaest. 25. num. 4.* & idem dicendum est de paupere, si è conuerso prædictas qualitates habuerit: si autē diues & pauper præfati pares meritis fuerint, tunc intrat priuilegium paupertatis, & in assequendo beneficio digniorem pauperem reddit: tradit cum aliis idem Gonzal. *dict. glossa 2. num. 12.* quem sequitur Ceuall. *com. contr. com. quaest. 693. num. 37.* Gutierr. *cons. 2. num. 13.* Rebuff. *cons. 15. §. Secundo facit, regul. 16.* Cancell. *de concurrentibus in Data*, disponens, quòd pauper non beneficiatus beneficiato præferatur, de qua meminit Gonzal. *eodem loco*; tradit cum multis nouiter Velascus *de priuilegiis pauperum part. 1. quaest. 7. num. 22. & seqq.*

Vlterius, si legatum relictum sit pauperibus absolutè, in- 2
de oritur controuersia prælationis inter eos super distributione Legati, in qua præferendi sunt pauperes Ciuitatis, vbi legatum factum est, cùm de eis sensisse videatur testator, textus *in l. Si quis ad declinandam, §. Sed etsi pauperes, C. de Episcop. & Cler.* & ibi scrib. exemplo suprà posito *quaest. 32. num. 7.* de legato relicto Ecclesiæ, quod intelligatur de parochiali testatoris: sic multis relatis resoluit Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 125. num. 5. vsque ad 15.* vbi ordinem ponit inter pauperes præfatos; plures etiam refert idem Gonzal. *dict. glossa 2.*

 num. 59.

num. 59. inter quos eſt Mantic. *in tract. de coniect. vlt. vol.* & Benincas *in ſuo tract. de paupertate*, quibus addendus eſt Hyppol. de Marſilis *tract. de fideiuſſoribus, num.* 264 *fol.* 164. Sed ordo Menochij *in dict. cap.* 125. *num.* 13. dum in ſexto loco poſuit pauperes ex familia teſtatoris, mihi non placet, quippe exiſtimem in primo eſſe adſcribendos ex ratione manifeſta, quæ deducitur à maiori teſtatoris affectione, & à maiori pietate, quæ in conſanguineis pauperibus exercetur, *cap. Non ſatis*, 86. *diſtinct.* Tiraq. *tract. de priuil. piæ cau. in præfat. num.* 15. Gutierr. *lib.* 2. *Canon. quæſt. cap.* 11. *num.* 38. & quia, ſi in pauperibus Ciuitatis ex eadem teſtatoris affectione, quæ remota eſt, arguitur in eorum fauorem prælatio, multò magis in eius conſanguineis facit, bonus textus *in dict. l. Si quis ad declinandam*, §. *Sed etſi pauperes*, *verbo Cogitauerit*, & quòd legata ſumunt interpretationem ex coniecturis, Menoch. *præſumpt.* 28. *num.* 1. *lib.* 1. *& præſumpt.* 106. *num.* 1. *lib.* 4. Gratian. *diſcept. for. cap.* 565. *num.* 15. *vol.* 3. per text. *in l. Si Seruus plurium*, §. *vlt. de legat.* 1. & ita cenſeo dictis conſanguineis eſſe in primis legatum diſtribuendum: poſtmodum pauperibus Ciuitatis teſtatoris, inter quos ordo poſitus per eoſdem Mantic. Benin. & Menoch. & per *dict. l. Si quis ad declinandam* cum ſimil. poterit obſeruari. Ad eundem autem ordinem pertinet, vt cæteris paribus amici & noti pauperes præferantur, prout amicitiæ effectum eſſe tradiderunt Iacob. de Graffis *in deciſ. aur. conſcient. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 8. *verſic. decim.* quia refert. Carol. de Graſſis *tract de effectibus amicitiæ*, *num.* 231. cum aliis relatis, quorum aliqui à me viſi non in ſpecie de amicorum pauperum prælatione loquuntur, tractatus verò de effectibus amicitiæ ad tractatum de effectibus Clericatus ab eodem auctore editum in eius calce adiectus inuenietur. Item ſimiliter pauperes ſeniores cauſam prælationis habent, vt pluribus comprobat Riccius *prax. for. Eccleſiaſt. tit. prax. prætermiſſarum deciſion. deciſ.* 704. Poſtremò Pauperes magis calamitoſi, & qui diuino obſequio ſe dedicarunt, & etiam litteris eandem prælationem habere placuit Homobono *dict. cap.* 18. *num. quibus potiſſimum benefaciendum*, & hinc benè docuit Velaſcus *d. quæſt.* 7. *num.* 34. quòd dignior pauper penſatis omnibus circunſtantiis & qualitatibus erit eligendus.

Rursus, si duabus Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus 3
eorumdem nominum existentibus legatum factum sit, simpliciter & confusè erit Ecclesiæ, Monasterio aut Hospitali pauperiori præstandum, *ex eadem l. Si quis ad declinandam*, Gutierr. *consil. 26. num.* 7. & cum pluribus refert idem Menoch. *lib. 4. præsumpt. 114. num. 9. & seqq.* vbi si Ecclesiæ æquè pauperes sint, & alia sit Monialium, vel si ambæ Monialium, & alia Mendicantium, illis docet esse tribuendum, probat etiam textus *in Authent. de Ecclesiastic. titul. § Si quis in nomine mag. Dei*, Luc. de Peñ. *in dict. l. eos, C. de numero liberor. num. 4. lib. 10. fol.* 282. Genuens. *in prax. Archiep. cap. 57 in annotat. num.* 15.

Ex prædictis *num. 2. v. sed ordo*, poterit inferri ad eleemosy- 4
nas, quas Episcopi in suos consanguineos & affines elargiuntur: nam in primo loco poterunt illis succurrere, etiamsi extra Diœcesim habitent ratione proximioris charitatis & maioris pietatis, dummodo iis vt pauperibus distribuant: non autem augendo & ditando illos & primogenia in eorum fauorem ex redditibus Ecclesiæ instituendo, vt colligere poterit per S. Concil. Trid. *sess. 25. cap. 1. de reformat.*

Præterea, si legatum relinquatur à testatore pro maritan- 5
dis & dotandis mulieribus pauperibus, & tam viduæ quàm pauperes virgines concurrant, inter eas de prælatione poterit dubitari: sed certius est, quòd virgines sunt præferendæ, ex eo quod primæ nuptiæ fauorabiliores sunt secundis *Auth. cui relictum, C. de indict. viduit. toll. Castrens. cons.* 308. *num. 3. vol.* 1. & ita senserunt Bald. *in proœm. Decretal. Rex pacificus, n.* 25. Mantic. *de coniectur. lib.* 8. *tit. 5. num.* 21. moti per text. *in l. boues, § hoc sermone, ff. de verbor. sig.* & quia testator de primis nuptiis verisimiliter intellexit, dum dixit, maritandis, Lara *in tract. de Capellan. lib. 1. cap. 21 num.* 88. Genuens. *in sua practicab. Eccles. quæst.* 387. *num.* 1. & hoc similiter fortius procedit, si testator vsus fuerit hoc nomine *puellis maritandis*: nam quamuis viduæ possint esse adeo iuuenes, vt dicantur, & sint puellæ, vis tamen vocabuli cadit tantum in puellis virginibus: sin verò testator solùm legauerit mulieribus pauperibus, non apponens *maritandis*, tunc præsupposito, quod tam viduæ quàm virgines comprehenduntur, cùm omnes dicantur mulieres: adhuc virgines potiores erunt ex ratione maioris pietatis, &

quia verisimiliter testator legare voluit in causam magis piam, & ita sensit idem Genuensis *dict. quaest.* 387. *num.* 1.

6 Postremò, illud, quod dictum remanet suprà *num.* 2. de præferendis pauperibus Ciuitatis, vbi legatum factum est, oportet declarare distinguendo inter pauperes originarios Ciuitatis ex suis personis, vel parentum, vel inter domiciliatos, eo ordine quo suprà *quaest.* 25. *num.* 12. & in specie de talibus pauperibus scripsit idem Genuens. *dict. practicab. Eccles. quaest.* 216. vbi ponit duas conclusiones, quarum prima suplementum recipit à iure huius Regni, iuxta quod incolatus simpliciter non facit quem naturalem illius nisi per decem annorum curriculum habitauerit, & domicilium in illis contraxerit, text. *in l.* 19. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordinam noui.* de cuius materia egit Salcedo *in pract. crim. cap.* 54. *num.* 23. *& seqq.* Barbos. *in l. Hæres absens*, §. *proinde de foro, num.* 45. *ff. de iudic.* & Gregor. Lop. *in l.* 2. *tit.* 24. *p.* 4. *verbo Diez años num.* 56. 72. *& seqq.* & aliis relatis: secunda autem Genuensis conclusio, qua tenet pauperem Ciuitatis, qui matrem vel auum maternum habet in Ciuitate, ex hoc naturalem & natum ex ciuibus censeri, dubia videtur: nam filius matris & aui materni originem non sequitur, vt dixi suprà *quaest.* 25. *num.* 12. & probat expressè text. *in l. Filios C. de municip. & originar. lib.* 10. & *ibi* adnotarunt Luc. de Peña & Ioàn. de Plat. tradit idem Barbos. *in d.* §. *proinde de foro, num.* 27. *& seqq.* Salcedo *dict. cap.* 54. *num.* 25. nisi dicamus, quòd legatum pauperibus Ciuitatis relictum, ex eo quod est causa pia, Tiraq. *tract. de priuil. piæ cau. in præfat. num.* 9. benignam & latam interpretationem recipiat, & ita, quem esse ciuitatis ciuem quomodocumque sufficiat, cum priuilegia piæ causæ sint latissimè extendenda, idem Tiraq. *dict. tract. priuileg.* 162. vnde primum de rigore, secundum verò de æquitate accipiendum erit.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXXVI.

De præcedentia Portionariorum.

SVMMARIVM.

1 *Qui sint Portionarij, & eorum differentia & præcedentia?*

2 *Portionarius prouisus & adeptus possessionem per Breue an debeat sedere ante alios Portionarios medio tempore admissos remissiuè?*

3 *Quid inter ipsos Portionarios & in eorum electione?*



Ortionarij sunt hi, qui in Cathedralibus & Collegialibus Ecclesiis post Canonicos sedent, & succedunt, & sunt Clerici vltimi gradus prædictorum Ecclesiarum, nisi constituantur alij Clerici ad Cantus & Musicas seorsum: nam tales vltimi erunt & Portionarij penultimi: illud autem certum est illos non habere dignitatem; nec etiam dici de capitulo ex iuris dispositione, vt Rota censuit relata per Garciam *tract. de benef. 3. part. cap. 2. num.* 377. Farinac. *decis.* 658. *n.* 1. *in nouiss. ciuil penult.* licet ex consuetudine in aliquibus Ecclesiis contrarium receptũ esse constet ex decisionibus, & cæteris congestis per eumdem Garciam *dict. cap.* 2. *num.* 378. *&* 379. *& p.* 11. *cap.* 5. *num.* 208. *&* 209. & ex dicta decisione Farinacij, & est quædã recepta differentia inter eosdem Portionarios: alij enim dicuntur integri, hoc est, integram partem; & alij dimidij, nempè mediam percipientes, inter quos potiores sunt primi, vt de per se patet, & ita secundis præferentur. 1

In terminis autem Portionariorum adest quæstio præcedentiæ inter alium, qui in Curia Romana residens obtinuit prouideri de mense Augusti 1598. à S.D.N. de portione in quadam Ecclesia Cathedrali Hispaniæ: necnon obtinuit 2

Breue de capienda possessione nomine Cameræ, cuius vigore fuit capta possessio per Commissariũ Cameræ, per quẽ fuit postea cessa & translata in prouisum, qui non curauit aliam capere possessionẽ, & accedens ad Ecclesiam sedere voluit ante alios Portionarios medio tempore receptos & admissos, sed quia hanc quæstionem latè & in specie disputat, & resoluit in fauorem prouisi Apostolici Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 34. *num.* 101. *cum multis seqq.* affirmans sic fuisse sæpè decisum per Rotam, ideo consulto prædictæ quæstionis disputationem omitto.

3 De Præcedentia verò inter ipsos Portionarios in choro, & aliis actibus, antiquitas primò, & deinceps cæteræ qualitates in præpositis quæstionibus traditæ considerentur, & in eorum electione *ad quaest.* 25. recurratur, ex qua, quod dubitatur, poterit comprehendi.

QVÆSTIO XXXVII.

De præcedentia inter Possessores Ecclesiasticos.

SVMMARIVM.

1 *Manutentionis remedium cui competat?*
2 *Possessor Titularis præfertur.*
3 *Ampliatur, etiamsi sit iunior.*
4 *Possessor specialis præfertur.*
5 *Item habens ciuilem & naturalem possessionem.*
6 *Item habens realem.*
7 *Item possessor antiquior.*
8 *Ampliatur etiam inter Titulares.*
9 *Ampliatur, etiamsi probatio sit minus valida.*
10 *Ampliatur aliis modis remissiuè.*
11 *Limitatur, si possessor antiquior alterius possessoris conscius fuit.*
12 *Limitatur, si posterior fuisset Titularis.*
13 *Limitatur, si anterior de præsenti non possideat.*

14 *Limita*

14 *Limitatur aliis modis.*
15 *Anterioritas quomodo accipienda.*
16 *Possessor verus & proprius precario & facultatiuo possessori praeponendus.*
17 *Ampliatur, etiamsi precarius possessor anterior esset.*
18 *Possessor, cuius possessio clara est, praefertur turbidae.*
19 *Ampliatur, etiamsi turbida sit anterior.*
20 *Potior est possessor, cuius possessio pacifica, valida & iusta est, & declaratur.*
21 *Ampliatur eodem modo.*
22 *Possessor praefertur, qui pro se vel rem iudicatam, vel aduersarij confessionem habet.*
23 *Ampliatur etiam eodem modo.*
24 *Possessor habens iuris assistentiam praefertur.*
25 *Possessor, cuius possessio praescripta est, potior habendus, & declaratur.*
26 *Ampliatur, etiamsi haec possessio sit iunior.*
27 *Possessor, cuius possessio melius probata est, primus erit, & declaratur.*
28 *Quid, si probationes sint omnino aequales?*
29 *Iudex debet arbitrio locum dare ex aliqua circumstantia.*
30 *In omnimoda paritate non est ad Principem recurrendum, sed sequestranda possessio.*
31 *Sequestratio facienda ante, & post factas partium probationes.*
32 *An citatio in manutentione facienda & praxis hodie recepta?*



HÆc materia est admodum frequens, praecipuè 1
in Tribunali Ill. & R. Nuntij in Hispania commorantis, vbi pluries de materiis possessoriis & articulo manutentionis agitur; ideò pro declaratione per aliquas procedam conclusiones: solùm eas, quae ad concursum inter possessores pertinent, declarando, cùm de caeteris lõgius describere necessum esset. Et primò praesuppono remediũ summarissimum manutentionis, & retinendae possessionis interdictum ei, qui motae litis tempore non possidet, non competere, sed ei tantùm, qui dicto tempore possidet, §. *Sed hodie*, §. *Retinenda*, cùm *simil. instit. de interd.* & *ibi.* Ioan Fab. & caeteri Institutistae, Farinac. *decis.* 159. *n.* 1. &

& decis. 179. *n.* 7. *& decis.* 382. *&* 562. *in nouiss. ciuil. non vltimis* Seraphin. *decis.* 1437. *num.* 1. *& decis.* 287. cum aliis multis Menoch. *de retin. possess. remed.* 3. *num.* 556. *&* 558. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 314. *num.* 17. *& cap.* 384. *num.* 19. Caputaq. *decis.* 198. *num.* 1. *part.* 2. Couarr. *practicar. qq. cap.* 17. *num.* 3. Carroc. *de sequestro part.* 1. *quaest.* 6. *num.* 2. Quo supposito, si litigantes possessores esse contendant de dicto tempore, intrabit quaestio de praelatione inter eos, in qua quaestione

2 Prima Conclusio sit, possessorem, cuius possessio titularis fuerit, esse altero possessionem talem non habenti praeferendum, Carroc. cum multis *d. tract. & quaest. num.* 50. Anton. *Thesaur. decis.* 206. *num.* 15. Menoch. *de retor. remed.* 3. *num.* 733. vbi adeò plures congessit, vt alios cumulare sit superuacaneum, Farinac. *decis.* 167. *num.* 7. *in dictis ciuil. non vlt.* cum pluribus, vt per Gutierr. *cons.* 6. *num.* 1. nam quamuis, quoad effectum manutentionis, non sit necessarius titulus, neque in beneficialibus, neque in profanis, vt pluries decisum esse per Rotam constat ex relatis per Gratian. *d. tom.* 2. *cap.* 310. *num.* 72. *& tom.* 3. *cap.* 402. *num.* 1. *&* 12. & per Marescot, *lib.* 1. *var. resol. cap.* 11. *num.* 35. si tamen ex abundanti titulus per aliquem possessorem ostenderetur, non est dubium, quin eius possessio potior esset, & plus iustificata & secura, & sic praeferenda, idem Menoch. *eod. remed.* 3. *num.* 734.

3 Ampliatur haec conclusio, etiamsi possessio titulata esset iunior; altera autem sine titulo antiquior, vt in beneficialibus illa praeferatur, scripsit Menoch. *d. remed.* 3. *num.* 730. *&* 731. argumento text. *in cap.* 1. *de reg. iur. in* 6. cum aliis, Carroc. *dict. quaest.* 6. *num.* 12. *& seqq. & num.* 4. *vsque ad* 12. tractat in profanis de hac ampliatione cum declarationibus suis Menoch. *eod. remed. num.* 728. *vsque ad* 732. Mascard. *de probation. tom.* 3. *conclus.* 1194. *num.* 16. *& ex num.* 1. *vsque ad* 17. tractat etiam de hac ampliatione in profanis, & illam limitat & declarat.

4 Secunda conclusio sit, possessorem, cuius possessio fuerit particularis & specialis, esse similiter possessori habenti vniuersalem possessionem praeferendum, Seraphin. 1037. *num.* 2. *& decis.* 1380. *num.* 2. & probatur, quia generi per speciem derogatur.

5 Tertia sit conclusio: Possessor habens ciuilem & naturalem,

lem possessionẽ, præponitur habenti ciuilem tantùm, vt expressè docuit Rota per Seraphin. *decis.* 423. *num.* 3. & quamuis referat Menoch. *de retin. remed. vlt. n.* 17. & Couarr. *practicar qq. cap.* 17. *n.* 5. *versicul. Ego verò*, videntur non probare id, ad quod allegantur, sed tantùm, quod ciuiliter possidens non potest interdicto retinendæ iuuari aduersus naturaliter possidentem, quod magis est quàm dictum Seraphini, vtrumque tamen verum est, quia quolibet modo plus habet, qui ciuilem & naturalem, vel naturalem tantùm possessionem adipiscitur, & sic erit præferendus, non obstante quòd contrarium docere videatur Carroc. *dict. quaest.* 6. *num.* 54. cum Alex. *cons.* 92. *num.* 11. *lib.* 5. & aliis contra quorum sententiam Rota & ratio supradicta procedunt.

Quarta sit conclusio: possessor realis, hoc est, habens possessionem realem præfertur possessori instrumentali, & possessionem habenti instrumentalem: quæ conclusio probatur ex Menoch. & Couarr. *in locis proximè relatis*, dum dicunt possessorem naturalem ciuili esse præponendum, cùm possessio ciuilis sit eadem instrumentalis, & vlterius probatur expresse per Rotam ex Farinac. *decis.* 164. *num.* 7. *& decis.* 171. *num.* 9. *& decis.* 890. *num.* 2. *& decis.* 412. *num.* 4. *& decis.* 155. *num.* 2. *in nouiss. ciuil. non vltimis*, eadem Rota ex Seraphino *decis.* 699. *num.* 1. *& decis.* 732. *num.* 2. *& decis.* 1038. *num.* 2. *& decis.* 322. *num.* 3. *& decis.* 1065. *num.* 2. *& decis.* 301. *n.* 1. *& decis.* 432. *num.* 5. Ratio huius conclusionis est, quia possessio ciuilis seu instrumentalis ficta & artificiosa dicitur, Menoch. *de recuper. remed.* 1. *num.* 402. Seraph. *decis.* 264. *num.* 9. & modus, quo hæc possessio acquiritur, fictus est, Gratian *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 321. *num.* 15. cum *ibi* relatis, Peregrin *tract. de possess. & propriet. lib.* 3. *num.* 43. Rebuff. *tract. de mater. possessor. in præfat. num.* 38. *& seqq.* vnde possessionem naturalem & propriam vincere non potest, cùm fictio veritatem non superet, sed è conuerso veritas fictionem, & ita tenendum est, quamuis Alex. & alij relati per Carroc. *dict. quaest.* 6. *num.* 54. contrarium sentire videantur, vt dixi *num. præcedenti.* 6

Quinta sit conclusio, possessionem anteriorem esse posteriori præferendam. Probatur per textum *in cap. Licet causam de probat.* & *ibi* DD. Couarr. *practic. qq. c.* 17. §. *final.* Farinac. 7

Z *decis.* 171

decis. 171. *num.* 1. *& decis.* 412. *n.* 1. *& decis.* 187. *num.* 1. *in dict. ciuil. nouiss. non vltim.* Seraphin. *decis.* 1038. *num.* 1. *& decis.* 1041. *n.* 1. *& decis.* 1306. *num.* 2. Menoch. cum aliis *dict. remed. de retin. n.* 725. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 542. *num.* 55. Carroc. *dict. tract. & quaest.* 6. *num.* 3. *& seqq. & n.* 47. *& seqq.* Mascard. cum infinitis *de probat. tom.* 3. *conclus.* 1194. *num.* 1. *& seqq.* Maceraten. *in sua practica, lib.* 1. *var. resol. resol.* 66. *num.* 7. *&* 8. etiam pluribus relatis: ratio est, quia posterior possessio praesumitur clandestina, & ita non est manutenibilis, textus *in l.* 1. *ff. vti possid.* Cacheran. *decis. Pedemont.* 93. *num.* 2. & colligitur ex proximè relatis.

8 Ampliatur haec conclusio etiam inter titulatas possessiones, vt antiquior in titulo praeferatur, ex eadem ratione, docet in specie Menoch. *dict. remed.* 3. *num.* 736. *&* 737. idem Carroc. *eadem quaest.* 6. *num.* 53. Mascardus *dict. conclus.* 1194. *n.* 52. *tom.* 3.

9 Ampliatur vlterius, vt possessio antiquior praeferatur, etiamsi probationes eius fuissent minus validae quàm probationes iunioris: nam si sufficienter probetur antiquitas, non est curandum de meliori iunioris probatione, quae inter aequales tantùm possessiones praecedentiam operatur, vt dicetur infrà *num.* 27.

10 Amplianda est haec conclusio aliis modis vt per Mascar. *de probat. tom.* 3. *& conclus.* 1194. *per totam.*

11 Limitatur primò, vt non procedat, quoties anterior possessor de posteriori conscius fuit, & non reclamauit, tunc enim visus est deserere possessionẽ suam, & velle eam amittere & renunciare, ita cum multis Menoch. *dict. remed.* 3. *n.* 726. §. *Declaratur*, quia possessionem amisisse dicitur, qui licet eam habuerit, permittit ipsam alios postea arripere, notat Bart. *in l. Si de eo*, §. 1. *ff. de acquir. possess.* per illum textum tradit Farinac. *decis.* 161. *num.* 2. *in dict. nouissim. ciuil. non vltim.* Carroc. *dict. quaest.* 6 *num.* 4. *&* 48. Mascard. *dict. conclus.* 1194. *n.* 45. *&* 46. cum multis, facit regula, *Qui tacet, de reg. iur.* cum *ibi* notatis.

12 Limitatur secundò praedicta conclusio, vt non procedat, quoties posterior possessor fuisset Titularis: nam esset praeferendus antiquiori non Titulari, in beneficialibus, quae

quæ ſine titulo & canonica conſtitutione nequeunt poſſideri *ex cap. 1. de reg. iur. in 6.* dixi ſuprà *num.* 3. & notat idem Maſcard. *dict. concluſ.* 1194. *num.* 16.

Limitatur tertiò, ſi poſſeſſor anterior de præſenti non poſſideat, idem Menoch. *d. remed.* 3. *n.* 732. non enim ſufficit poſſediſſe, ſed poſſidere ad effectum manutentionis, quæ tempore motæ litis poſſeſſionem expoſtulat, vt ſuprà *num.* 1. ſed in dubio, qui prius poſſedit præſumitur nunc poſſidere, niſi de contrario doceatur, Seraphin. *deciſ.* 983. *num.* 1. *& deciſ.* 1047. *num.* 8. *& deciſ.* 1154. *num.* 4. 13

Limitatur quartò, quando iunior poſſeſſor in poſſeſſionem immiſſus fuerit vigore ſententiæ, & antiquior expulſus & priuatus poſſeſſione ſua ex his, quæ recenſet Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 2. *cap.* 266. *num.* 18. & limitabitur etiam aliis modis, vt per Maſcard. *dict. concluſ.* 1194. & limitanda erit prædicta quinta concluſio, vt infrà *num.* 17. 19. 21. *&* 23. *&* 26. 14

Anterioritas autem poſſeſſionis ſumi non debet à poſſeſſione prædeceſſoris in beneficialibus, in quibus ſucceſſio non admittitur: ſecus in profanis, vt ſimiliter notauit Menoch. *dict. n.* 726. §. *Poſſeßio*, Rebuff. *tract. de pacific. poſſeſſor. n.* 321. faciunt deciſiones Seraphini 71. *n.* 2. *&* 3. *& deciſ.* 1065. *n.* 1. vbi tractatur de continuatione poſſeſſionis, de qua etiam Pereg. *tract. de poſſeſſ. & propriet. lib.* 3. *num.* 43. facit etiam *l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 5. *recop.* & *ibi* Azebed. idem Carroc. *dict. quaeſt.* 6. *num.* 49. Maceraten. *in ſua prax. lib.* 1. *var. reſol. cap.* 100. *num.* 5. *&* 6. *& reſol.* 111. *caſu* 72. cum pluribus relatis, Iulian. Viuian. *prax. iur. patron. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 26. Gratian. *diſcep. forenſ. tom.* 3. *cap.* 401. *num.* 8. *& ſeqq.* 15

Sexta concluſio ſit: vt inter poſſeſſores ſi vnus habuerit poſſeſſionem propriam & veram, alter autem facultatiuam & precariam, primus præferatur; quia poſſeſſio facultatiua & precaria non eſt manutenibilis, vt probatur per textum *in l.* 1. *ff. vti poſſid.* ibi: *Nec precario alter ab altero poßidetis*, &c. notant *ibi* communiter ſcrib. & tractant Ioann. Fab. *in* §. *Retinenda, num.* 4. *inſtit. de interdict.* & *ibi* Nomas *n.* 9. latè Menoch. *dict. remed.* 3. *num.* 19. Caputaq. *deciſ.* 306. *num.* 7. *part.* 1. Et ratio eſt, quia precario accipiens non poſſidet, ſed tantùm detinet nomine alieno, bonus textus *in l. Certè, verſicul. Is, qui rogauit*, 16

uit, *ff. de precario*, Caputaq. *decis. 352. part. 2* Menoch. *de Arbitr. ind. lib. 2. cent. 2. cas.* 160. *num.* 10. *& seq.* & sic illi non competit manutentio nec interdictum, *vti possidetis*, vt pluribus resoluit idem Menoch. *d. remed. 3. num. 47. & seqq.* Ioann. Fab. *d. §. Retinenda, num.* 1.

17 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiamsi talis precaria possessio esset anterior, anterioritas enim legitimare non potest, quod ex sua natura illegitimum dicitur, & ita hæc ampliatio deseruit etiam pro limitatione quintæ conclusionis.

18 Septima sit conclusio: vt inter possessores præferatur is, qui claram & certam possessionem habet, ei, qui obscuram, turbidam, æquiuocam, seu incertam probat, cùm hæc non sit manutenenda, Rota *decis. 27. p. 1. num. 10. & decis. 363 part. 1. num. 4. & decis. 240. num. 2. part. 2. in nouissim.* Gonzal. cum aliis *ad reg. 8. Cancell. glossa 45. §. 2. num 38. cum seqq.* textus vbi DD. *in dict. l. 1. ff. vti possid.* Mantica *decis. 95. n. 10.* Caputaq. *decis. 200. n. 1. p. 2.* tradit cum aliis Gratian. *disceptat. forens. tom. 3. cap. 450. n. 41.*

19 Ampliatur hæc conclusio, sicut proxima, ex eadem ratione.

20 Octaua sit conclusio, vt is, qui possessionem pacificam, iustam & validam habet, præferatur alteri, qui illam violentam, spoliatiuam, vitiosam, improbam, iniustam, & nullam obtinet, quia talis non est manutenibilis, Seraphin. *decis.* 1011. *n.* 4. vbi cum Guidon. Pap. & Purpur. loquitur in possessione violenta & iniusta; & de possessione vitiosa loquitur *decis. 731. num. 5. & decis. 271. num. 2.* Farinac. *decis. 663. num. 2. & decis. 873. num. 1.* vbi de possessione spoliatiua & vitiosa *in nouissimi ciuil. non vltimis*, Menoch. *d. remed. 3. num. 715.* cum multis docens possessorem iustum esse iusto præferendum, & *eod. remed. num.* 157. loquitur de possessione iuris improbi, & improba, & *remed. 1. de retinenda, num.* 18. Carroc. *de sequestro dict. quaest. 6. num. 27. vsque ad* 30. Rebuff. *tract. de pacif. possessor. num.* 282. vbi de possessione violenta; & *num.* 376. de iniusta, & *in commentar. de mater. possessor. art. 2. glossa 2. num.* 39. & de causis benefic. possessor. *glossa vna num.* 5. & de possessione nulla & attentata non manutenenda, Menoch. *dict. remed. 1. num. 15. & seqq.* Seraphin *decis. 287. num. 1. & decis. 1106. num. 3.* & ideò

possessio

possessio capta vigore decreti nullius non priuat possessoré sua possessione ex eo, quia quod nullum est, nullum parit iuris effectum, idem Seraphin. *decis.* 732. *num.* 1. *& dict. decis.* 1106. *num.* 3. & de eadem possessione nulla, quòd non sit manutenibilis, Farinac. *decis.* 358. *& decis.* 43. *n.* 2. *& decis.* 629. *num.* 3. *in eisdem nouissim. ciuil. non vltimis.* Quamuis etiam ex actu nullo possessio transferatur, dummodo non deficiat consensus, Seraphin. *decis.* 1200. *num.* 3. *& decis.* 638. Macera-ten. pluribus citatis *in dict. pract. lib.* 1. *var. resolut. resol.* 108. *n.* 46. vel quando actus nullus fuit immediata causa possessionis, & realis traditio subsequuta fuit, vt longa manu disputauit Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap* 317. *n.* 1. *& seqq.* Cacheran. *decis. Pedemont.* 33. *num.* 25. Et hinc est, quòd talis possessio vitiosa & nulla sequestratur, & possessor in ea non est manutenendus, Seraphin. *d. decis.* 1106. *num.* 3. *& decis.* 1042. *n.* 1 *& decis.* 152. *num.* 1. *& decis.* 877. *n.* 1. *& decis.* 732. *n.* 5. cum aliis.

Verum non est absolutè intelligendum, quòd possessio iniusta, violenta & spoliatiua non sit manutenenda: sed eo tantùm casu, quo de spolio & iniustitia constat per rem iudicatam, vel partis confessionem, vt infrà *in sequenti conclusione* dicetur: aliàs autem interim, dum hoc prædicto modo non patet, etiam spoliatori & iniusto possessori danda est manutentio, vt expresè docet idem Seraphin. *decis.* 555. *num.* 9. *& decis.* 1471. *num.* 7. & similiter prædoni, idem Seraphin. *decis.* 582. *num.* 5. si tamen litigantes sint ambo iusti possessores ex diuersis capitibus, ambobus danda est manutentio pro suo capite, veluti alteri in vsufructu, & alteri in proprietate, Carroc. *dict. quaest.* 6. *num.* 28. Menoch. *dict. remed.* 3. *num.* 716.

Ampliatur similiter hæc conclusio, vt præcedentes. 21

Nona sit conclusio: vt inter possessores ille præponatur, 22 qui pro se habuerit vel rem iudicatam, vel sui aduersarij confessionem, ex qua non habere ius in causa vel esse spoliatum pateat, aut confiteatur, quia tantum per rem iudicatam seu per partis confessionem dicitur constare de notorio iuris defectu, de stylo Rotæ Romanæ Seraphin. *decis.* 876. *num.* 2. vbi refert sic esse decisum in infinitis causis & *decis.* 555. *num.* 8. notat cum aliis decisionibus Marescot. *var.*

*resol.lib.*1.*cap.*55.*num.*66.& aduertendum censeo, quòd, dum dicitur *de confessione partis*, intelligẽdum est de iudiciali: nam etsi Decisiones hoc non distinguãt, intelligitur ex eo, quod parificant confessionem, & rem iudicatam, aliàs hæc paritas in confessione extraiudiciali, quæ minus probat quàm iudicialis, non benè procederet. Ratio autem quare contra se confessus interdicto retinendæ non iuuetur, ea est, quia dicit se non possidere, cum pro spoliato se gerat, Seraphin. *dict.decis.*1041.*num.*3.*& decis.*1089.*num.*3.*& decis.*1127.*num.*5. Couarr.*practic.qq.cap.*17.*num.*3. Gratian. alia referens *discept. forens. tom.*2.*cap.* 314.*num.* 18. & ad prædictum interdictum possessio motæ litis tempore requiritur, vt suprà *num.* 1.

23 Ampliatur hæc conclusio, vt suprà *num.* 17. ex ibi tradita ratione.

24 Decima sit conclusio: vt inter possessores, is, qui pro se iuris assistentiam, alteri, qui resistentiam habuerit, præferatur exemplo Episcopi, qui de iure fundat quo ad omnes subditos suæ Diœcesis, *cap.cum persona de priuileg.in* 6. Seraph. *decis.*1104 *num.*1. cum aliis, Caputaq. *decis.*306. *p.*1. vbi *num.*4. scribit, quòd subditus contra dominum quoad iurisdictionalia non agit, remedio *vti possidetis* per Bart. *in l.*1. §. *huius interdicti. versic.sed pene, ff. vti possid.* & exemplo parochi, qui etiã super exactione decimarum suæ parochiæ de iure fundat *cap.cum in tua, de decim. cum simil.* sed quia de hac conclusione scripsit ex professo & in specie idem Marescot. *var resol. lib.*1. *cap.*11. cum ampliationibus, declarationibus & limitationibus suis, referens quid iuris sit tam ex antiquis & recentioribus DD. quàm de stylo Rotæ & eius decisionibus, ideo ne transcribam, poterit per eum latius cogitari.

25 Vndecima sit conclusio: vt si inter litigantes possessoris vnus suam possessionem præscriptam teneat, hæc erit præeminentior in remedio manutentionis, ex ea ratione, quia præscriptio legitima titulum operatur saltem præsumptiuè. vt *ex l.hoc iure* §. *ductus aquæ de aqua. quot. & æstiua* scripsit Menoch. *consil.* 1402. *num.*8. *& consil.* 90. *num.*65. & possessio titulata potior est, vt *suprà num.*2. sed quæ dicetur possessio legitimè præscripta? dico, quòd in beneficialibus possessio, seu vltimus status præscribitur per tẽpus quadraginta annorum cum

cum bona fide præscribentis, & scientia & patientia eius de cuius præiudicio agitur ad text. *in cap. cùm de beneficio de præbend. in 6.* & *ibi* scrib. tradit eleganter cum pluribus Marescott. *dict. lib. 1. var. resol. cap. 55. num. 67. 68. & 69.* & subdit sufficere decem annos ad præscriptionem, si præscriptio reducat statum beneficij ad primæuum, quem tenuit, & hic non erat alia quadragenaria præscriptione extinctus: ex ratione facilioris redditus ad naturam beneficij; secus autem si hæc natura erat iam mutata per dictam præscriptionem quadragenariam intermediam: tunc enim alia eodem modo quadragenaria requiritur, sic cum Rota, Felin. & aliis scripsit idem Marescot. *eod. cap. 55. num. 70. & seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 7. num. 9. vsque ad 37.*

Sed quid, si vnus ex litigantibus, qui opponit præscriptionem, sit subditus & inferior, alter verò superior, de hoc videatur expresse per Baldum *de praescription. 1. p. 5. princip. 11. quaest. fol. mihi 396.* vbi latè declarat pluribus relatis, quibus addo Caputaq. *decis. 306. num. 6. p. 1.* Marescott. *lib. 1. var. resol. cap. 11. num. 6. 7. & 8. & dict. cap. 55. num. 57. eod. libro*, faciunt quæ suprà scripsi *quaest. 18. num. 7. & seq. & num. 10. & seq.*

Ampliatur hæc conclusio, etiamsi hæc possessio præscripta fuisset iunior, cùm anterioritas solùm operetur priuilegium data paritate in beneficialibus, secus autem si possessio iunior sit titularis, & magis priuilegiata, vt suprà dixi *num. 17.* 26

Duodecima sit conclusio: vt possessor, qui possessionem suam melius probauerit, data paritate possessionis, sit alteri præponendus, probat text. *in cap. licet causam de probat. penes finem & in l. 1. ff. vti possid. in princip.* Rota *decis. 240. p. 2. num. 1. & 5. in nouiss. m.* Farinac. *decis. 435. in dict. nouissim. ciuil. non vltimis*, Seraphin. *decis. 1295. num. 5.* qui de communi praxi testatur, Menoch. cùm multis *de retin. dict. remed. 3. num. 718.* plures congerit Carroc. *tract. de sequestr. p. 1. quaest. 6. num. 31. cum seqq. & num. 57.* Couarr. *pract. qq. dict. cap. 17. §. final.* Mascard. *d. conclus. 1194. num. 63. & seqq.* Gratian. *disceptat. forens. tom. 3. cap. 526. num. 49.* quòd etiam procedit siue ambo litigantes possessionem tantùm, vel titulum probent, vt ex prædictis DD. colligitur ex quibus Menoch. Gratian. & Carroc. poterunt aliqua 27

qua

qua adnotari ad videndum & iudicandum, quæ litigantium probatio potior sit: ipsi enim hoc discernunt & distinguunt præcipuè Mascard *ead. conclus. num. 64. cum pluribus seqq.* & dico, data paritate; nam si altera possessio sufficienter probetur, & sit vel antiquior, vt dixi *suprà num.* 9. vel titulata vel præscripta, aut habuerit aliquam qualitatem ex supradictis, dubium non est, cùm sit posterior altera magis probata: & ratio est; nam hæc melior probatio solùm prelationem operatur in genere & intra sphæram possessionis, quæ probatur, & ita si alia possessio sit extra illud genus & sphæram, vel supra illam ex eo, quod sit dignior, & sufficienter probetur, absque dubio præferenda erit, & hæc sit declaratio prædictæ conclusionis, quæ colligitur ex Mascardo *d. conclus.* 1194. *num.* 47. *vsque ad* 51. præcipuè *num.* 50.

28 Decimatertia sit conclusio, vt si probationes omnino sint æquales, tam quoad possessionem, quàm quoad titulum, ita vt nullum discrimen ex vtraque parte possit inueniri, & iudex probabiliter dubitare queat, qualis possessio sit manutenenda, tunc quid iuris sit, non ita est in comperto: sunt namque plures in hoc dubio scribentium opiniones, vt colligere licet ex eodem Menoch. *de retinenda, remed.* 3. *num.* 759. *vsque ad* 779. vbi opiniones octo in proposito recensuit, quas etiam retulit Carroc. *dict. quæst.* 6. *num.* 59. *vsque ad* 83. & tredecim opiniones etiam congessit Anton. *Thesaur. decis.* 206. quas prolixitatis euitandæ causa ad amussim non disputo, cùm dicere sufficiat, quidnam ex illis verius comprehendam.

29 Dico primò, quòd si aliqua ex parte consulendo & cogitando iudex possit arbitrio locum dare inueniendo aliquam prærogatiuæ circunstantiam, veluti si alter possessor probet possessionem pluribus actibus, quàm alter, vel alio modo, tunc arbitrari poterit in huius litigantis fauorem iuxta septimam opinionem, quæ sic docet, relatam per Menoch. *dict. remed.* 3. *num.* 762. *& seqq.* & per Carroc. *dict. quæst.* 6. *num.* 78. & per Thesaur. *dict. decis.* 206. *num.* 13. imò non solùm poterit, verùm debebit, cùm apparente aliqua circunstantia fiat possessio potior, & ita manutenenda ex hac ratione, non autem ratione gratificationis, vt prædicti referunt

runt DD. & credo bonam & securam sententiam, quamuis idem Thesaurus illam impugnet, & immeritò, quia in arbitrio non datur iudicibus facultas, vt possint, quod velint opere complere, in quibus terminis arguit idem author: arbitrium enim pro iudicio & intellectu sumitur in arbitrariis, non pro voluntate, vt per textum *in l. quod Principis, §. vlt. ff. de aqua plau. arcend.* scripsit Menoch. *de arbitrar. quaest. 1. n. 4.*

Dico secundò, quòd in summa possessionum paritate 30
omnis circumstātiæ prorsus aliena, non est ad Principem recurrendum, vt tenet octaua opinio relata per eundem Menoch. *dict. remed. 3. num. 775.* & Carroc. *dict. quaest. 6. num. 83.* & per Thesaurum *dict. decis. 206. num. 14.* cùm remedium manutentionis breuissimum, ne partes veniant ad arma, hanc dilationem congruè non patiatur, sed est sequestranda possessio, iuxta secundam in hoc dubio sententiam, vt per eundem Menoch. *eodem remed. num. 742.* & Carroc. *dict. quaest. 6. n. 62.* & Thesaurum *num. 6.* & quamuis Menoch. illam non probet in profanis, sed tantùm in beneficialibus, ratio eius non admodum est tuta; nam siue inter Clericos, siue inter laicos, semper iudex per sequestrum poterit periculis & partium rixis occurrere, etsi facilius hoc fiat inter Clericos tanquam suo iudici plus obtemperantes, & hanc opinionem probat idem Carroc. *num. 63. 64. &* 85. concurrentibus quòd neutra pars possideat, vel quòd ambæ suam possessionem pariter probauerint, & quòd timor scandali adsit, & partibus citatis ad sequestrum declarandum si scandalum sit futurum: & ita censeo esse dicendum, vt possessio dubia sequestranda sit, præcipuè cum timore scandali & partibus citatis (etsi scandalum, vt plurimum, tacitè insit in his manutentionum articulis) & sic decisum est per Rotam iuxta Farinac *decis. 435. in ciuilibus nouissimis non vltimis*, Gratian. *disceptat. forens. tom. 3. cap. 402. num. 15.* & hæc sequestratio debet fieri sine præiudicio partium & possessionum earum in possessorio & petitorio, & cum reseruatione iurium suorum, vt constat *ex d. decisione* 435. & hinc venit, quòd possessor per sequestrum à iudice appositum super possessione, illam amittere non dicatur, Seraphin. *decis.* 773. *num.* 7. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 114. num. 12.*

31 Et non non solùm hæc sequestratio permittitur factis iam partium probationibus super possessione ad effectum manutentionis, verum antea, quando litigantes omnes prætendunt possidere, & dubia est possessio, & imminent scandala expressa, aut subintellecta, tunc etiam sequestranda est, & deinde videndum, quis in possessorio retinendæ meliori iure potiatur, & illi dabitur manutentio, Rota *dict. decis.* 435. ex Farinacio.

32 Dixi suprà *partibus citatis*: nam etiam in danda manutentione, in qua succedit sequestratio, citatio debet interuenire, vt in specie resoluit Menoch. *de retinend. remed. vlt. num.* 31. cum pluribus relatis, vbi quod ad recipiendas informationes super eadem manutentione debeat iudex partes citare, nisi periculum esset in mora, & ita loquitur Carroc. *in sequestro faciendo dict. n.* 63. dum ait, quòd citatio fiat, si scandalum, quod timetur, sit futurum; secus si sit præsens, & immineat periculum: hodie tamen indistinctè hi manutentionum articuli substantiantur cum libello & causæ cognitione & responsione partis, & conclusione, & citatione ad sententiam, & ita multoties practicaui, & vidi practicari, in eodem Tribunali Ill. & R. Nuncij Matriti degentis cum ibi iudex & Aduocatus essem Ecclesiasticus, & ideo hanc materiam toties illic præ manibus habitam & habendam pro viribus congestam, & breuiter sine confusione succinctam repetere & congerere non parum placuit, licet libellum & litis contestationẽ non esse in hoc iudicio de substãtia, imò non requiri doceat Menoch. *de retin. remed. vlt. n.* 27. *&* 32. vnde iuxta practicam prædictam plus solennitatis his articulis tribuitur quàm de iure competit; sed melius & securius ex hac praxi pronunciabuntur, quæ, vt dixi iam, est recepta.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXXVIII.

De præcedentia

Plebanorum.

De hoc dixi suprà quæstione *6. eò recurratur.*

QVÆSTIO XXXIX.

De præcedentia

Præceptorum, & Priorum, seu Prælatorum Regularium.

Etiam dixi suprà quæst. 23. num. 14. & quæst. 1. num. 32.

QVÆSTIO XL.

De præcedentia

Præcentorum.

Dixi similiter suprà quæst. 30.

QVÆSTIO XLI.

De præcedentia

Præpositorum.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur Præpositi, & an habere dignitatem censeantur?*
2 *An Canonicis præferantur?*

3 *An aliis habentibus dignitates,& quid ex conſuetudine?*
4 *Quid inter Præpoſitum & Priorem remiſsiuè?*
5 *Quid inter Præpoſitum & Vicarium Epiſcopi etiam remiſsiuè?*
6 *Inter eoſdem Præpoſitos, & de eorum electione quid dicendum?*

1 PRæpoſiti idem ſunt ac Priores, Hoſtienſ. *in ſumma,lib.5.tit.de pœnit & remiſſ. num.*26. Caſſan. *in ſuo Catal.*4 *p.conſid.*38. Cæſar *de Eccleſ.hierarch. quæſt.*2. *proœm.*§ 2 *.num.*13. Barboſa *collect.ad decretal.in cap.*1. *num.*4.*d officio Primicerij*, bonus text. *in cap.quamuis de verbor.ſignif.* & *ibi* ordinarij ſcrib. *cap.*1.*de conceſſ.Præb.* & conſtat ab etymologia vocabuli, id eſt, præ aliis poſiti, & alij ſunt in Eccleſia Collegiata, qui vocantur Rectores, Moneta *tract.de conſeruat.iud.cap.*5. *num.* 91. alij autem ſunt in Cathedrali, idem Monet. *eod.num.* vtrique dicuntur habere Dignitatem, *cap.* 1. & *ibi* gloſſa *verbo Præpoſiti de ætat. & qual. d. cap. Quamuis de verbor.ſignif.* & *ibi* gloſſa *verbo Prioratus, dict.cap.*1.*de conceſſ. Præb. cap.*1. *cum gloſſa, verbo Præpoſituras de conſuetud. in* 6. Monet. *dict. cap.*5.*num.* 91. cum Redoan. *tract.de ſimon. mental.* 1.*p.cap.*19.*num.*7. & aliis, docens dictos Præpoſitos poſſe eſſe cõſeruatores ex eo, quòd ſunt in Dignitate conſtituti, Riccius *in praxi fori,tit.prax.præcedent. deciſ.*583.*num.*2. Caſſan. *dict.* 4.*p. conſid.*38. & 41. Cæſar *dict. num.* 13. Aſcanius *de iure Abbat. tom.*1.*diſput.*25.*quæſt.*4.*num.*5. licet Præpoſiti ad hoc vt dicantur habere Dignitatem, tria concurrere neceſſe eſſe docuit Rota *deciſ.*351. fuit dubitatum in nouis: nempe primò, quòd ſit electiua Præpoſitura: ſecundò, quòd habeat adminiſtrationem rerum temporalium: tertiò, quòd habeat prærogatiuam in ſtallo chori, & loco ac voce capitulari, refert Boër. *deciſ.*286.*num.*9. *& in tract.de author. mag. conſ. num.* 70. Felin. *in rub.de maior.& obed.num.* 10. Caſſan. *dict. conſid.*41. niſi ſit conſuetudo contraria, quæ ſicut potens eſt ad introducendam Dignitatem, vt dixi *ſup.quæſt.*30.*n.*3. ita è conuerſo ad excludendam, ſed hodie Præpoſiti in Cathedralibus vbi ſunt, de conſuetudine indiſtinctè pro Dignitatibus accipiuntur, vt in Primiceriis dictum fuit ſuprà *quæſt.*30.*num.*3.

2 Ergo ſuppoſito quod Præpoſiti dicantur eſſe in Dignitate, inde reſultat illos eſſe Canonicis præferendos ex his, quæ

quæ ſuprà dixi de Archidiacono *quæſt.* 5. *num.* 17. Caſſan. *dict. conſid.* 38. & colligitur ex ordine poſito per Hoſtienſ. *d. ſumma & tit. de pœnit. & remiſſ. lib.* 5. *n.* 26. & ſentit Aſcanius *d. quæſt.* 4. *num.* 5. expreſsè Riccius *d. deciſ.* 283. *num.* 3 docens, quòd Præpoſitus exiens à choro non tenetur petere licentiam Canonico punctatori, cùm eſſet inferiori obtemperare, & ordo Eccleſiaſticæ hierarchiæ peruerteretur, Cæſar *in d. num.* 13. & quia Præpoſitus eſt maior, cùm ſedeat in primo loco, & à manu dextra, ex quibus oritur maioritas ex DD. per ipſum relatis, & de hoc non eſt dubium, cùm conſuetudine receptum ſit in omnibus tam Cathedralibus, quàm Collegialibus Eccleſiis, vt Dignitates habentes Canonicis præferantur, vt ſimiliter dixi *dict. quæſt.* 5. *num.* 17. & facit elegans deciſio Farinac. 867. *num.* 2. §. *Tertiò ex ordine in ciuilibus nouiſſ. non vlt.* Si autem in aliqua Eccleſia contraria adeſſet conſuetudo, videndum eſt, an valeat, cùm Præpoſituræ Dignitas maior ſit Canonicatu, qui vix talis vocatur, (vel ſaltem impropriè, vt retuli ſuprà *quæſt.* 10. *num.* 2. & ita de hac conſuetudine ſuprà ſcripta *quæſt.* 18. memoria recolatur.

Sed inter Præpoſitos, & alias Dignitates dubium verſatur, an illis præponantur, veluti inter aliquem Præpoſitum 5
& Archidiaconum, in quo dubio pro Archidiacono ſcripſit Boër. *dict. tract. de auctor. mag. conſ. num.* 70. referens Felin. *in rubr. de maior. & obed. col* 3. & bonus textus, vt ipſe ait *in cap. Perlectis*, §. *Hi ſunt, cum ſeqq.* 25. *diſtinct.* licet ego viſo Felino, & *dict. cap. Perlectis*, illud probare non inuenerim, probat tamen Hoſtienſ. *dict. tit. de pœnit. & remiſſ. num.* 24. & 26. vbi ſumpto ab eius ordine argumento, primò poſuit Archidiaconum quàm Præpoſitum, & pro hac parte poſſunt ea conſiderari, quæ ſuprà ſcripſi *quæſt.* 5. *num.* 1. de Archidiacono, nempe, quòd illi debeatur prima ſedes poſt Pontificalem de iure communi, & in terminis huius quæſtionis loquitur Farinacius *deciſ.* 865. & 866. *in dictis ciuilibus nouiſſimis non vltimis*, reſoluens Archidiaconum eſſe Præpoſito præponendum in præeminentiis incenſationum & oſculo pacis, ex eo quòd illi prima ſedes competat de iure: ſed poteſt introduci per conſuetudinem, quòd Præpoſitus Archidiaconum præcedat *ex eadem deciſione*, Farinac. 865. *num* 2. & 866. *num.* 3. &

latiùs *decis.* 867 *per totum in eisdem nouissim.* Boër. *dict. tract. & n.* 70. Cassan. *d. 4. part. consid. 41. in fine,* Felinus *dict. rubric. de maior. & obed. numero* 10. & referunt Ioann. Andr. & Dominic. *in capite finali de officio leg. in 6.* & consilium Ioann. Andr. *ibi: Pro Præposito cui ex consuetudine signa maioritatis in sessione & subscriptione competebant, quòd præferatur Archidiacono etiam habenti, sede vacante, plenam administrationẽ, & vices Episcopi ex eo, quòd ista potestas est temporalis, & non duratura,* &c. Et his adiiciantur ea, quæ suprà *dicta quæstione* 18. *de Consuetudine,* inueniuntur.

4 Et idem dicendum est de competentia præcedentiæ inter Præpositos & cæteras dignitates, vt consuetudini decidenda remittatur, vt alias dixi suprà *quæst.* 5. *num.* 4. ex eo, quòd in aliquibus Ecclesiis contingere potest, quod dignitas Præpositurae sit prima post Pontificalem, vel tertia, vt colligi poterit ex eodem Cassan. *dict. consid.* 41. §. *final.* & ex eod. Hostiensi *dict. summa, & tit. de pœnit. & remission. num.* 26. vbi post Decanum, Archidiaconum, & Archipresbyterum posuit tertio loco Præpositũ, & ex eod. Farinac. *in d. decis.* 865. & 866. *num.* 2. & 3. & 867.

5 De concursu autem inter quemdam Præpositũ & alium Priorem tractat Decius *cons.* 160. *per totum,* & refert cum aliis Menoch *cons.* 157. *num.* 15. *vol.* 3. & in fauorem Præpositi resoluunt ex pluribus egregiè consideratis, & si inter Præpositum & Vicarium Episcopi contingeret dubitatio ex his, quæ de eo & Archidiacono scripsi suprà *dict. quæst.* 5. *num.* 8. & *seqq.* poterit definiri.

6 Verum inter eosdem Præpositos, & de electione eorum consulantur similiter dicta *in præcedentibus quæstionibus & q.* 25. vbi in aliis Dignitatibus scriptum inuenietur.

QVÆSTIO XLII.

De præcedentia Protonotariorum.

SVMMARIVM.

1 *Etymologia & eorum differentia assignatur.*

2 *An habeant dignitatem?*
3 *Quid de eorum pracedentia, & quibus praeferantur?*
4 *An Praeferendariis sint potiores, & inter eos discrimen & electio quomodo cognoscatur?*



Rothonotarij de quibus memini suprà *q.* 27. *num.* 12. id est, sedis Apostolicæ Notarij dicti per quandam excellentiam Protonotarij, id est, primi Notarij à πρῶτος Græco verbo, quod Latinè *primus* dicitur, Cassan. *dict. Catal.* 4. *p. consid.* 29. alij sunt quatuor Numerarij & Ordinarij, & participantes, qui ratione sui officij, fructus ex Rom. Cur. percipiunt, & Bullas Ecclesiarum & Monasteriorum expediunt, Cassan. *dict. consid.* 29. Leo *in Thesau. for. Eccles. p.* 1. *cap.* 2. *num* 34 & Authentica conficiunt instrumenta rogati ex Bulla Pij II. relata suprà *dict. quaest.* 27. *num.* 12. alij autem sunt Supranumerarij, & extraordinarij, de quibus aliqui creantur in partibus, & sunt ad honores & Prælaturas, & Rochettum portant; idem Leo *dict. cap.* 2. *& num.* 34. Postea Sixtus V. *in sua Bulla* 12. de qua *in Bullar. tom.* 2. *fol.* 502. ampliauit numerum Protonotariorum vsque ad 12. & in alia subsequenti multa priuilegia dedit, vocatque eos Papæ familiares, & domesticos Prælatos, & emolumenta assignat, & licentiam præstat vtendi Pontificalibus, etiam in Cathedralibus si Presbyteri sint, & de consensu sui Ordinarij præsentis; secus absentis in quibus constitutionibus Sixti V. de horum Protonotariorum origine constat: scilicet vt acta Martyrum describerent. 1

Hi autem Protonotarij dicuntur habere dignitatem, Cassan. *dict. consid.* 29. Leo *dict. num.* 34. Monet. *de conseruat. iudic. cap.* 5. *num.* 112. vbi docet non ideo illos posse Conseruatores nominari, cùm dignitas eorum non sit in Cathedrali vel collegiata iuxta *cap. final. de offic. deleg. in* 6. possunt tamen esse iudices delegati iuxta *cap. statutum de rescript. in* 6. & ita in Tribunali Ill. & Reu. Nuncij in Hispaniæ partibus commorantis, practicari, in aliis & in me multoties vidi, nobis enim tanquam habentibus dignitatem causæ Beneficiales & Ciuiles committebantur, non verò criminales & matrimoniales 2

moniales, quæ tantùm Ordinariis possunt committi, iuxta Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. *de reformat.*

3 Sed quoad præcedentiam Protonotariorum attinet ex dicta Bulla Pij II. illos post Episcopos in Capella Papæ sedere constat: sed in Consistoriis suæ Beatitudinis sedi esse proximiores concessit idem Pius, quando Authentica documenta conficiunt, & ita omnibus officialibus Rom. Cur. inferioribus post Episcopos erunt præferendi, & docet Cassan. *in dict. consid.* 29. *&* 30. & tenet Contelorius *de praecedentia, num.* 47. 52. *&* 53. vbi quòd Protonotarij Supranumerarij non præcedunt Prælatos antiquiores de stylo Romanæ Curiæ, nec Protonotarij ex priuilegio habeāt sedem in Capella Pontificia, sed solùm Protonotarij Participantes ex Ceremoniali Romano *lib.* 2. *tit. de ordine sedendi in Capella Papæ* sed *ex lib. Ceremon. Episcop. lib.* 1. *cap.* 23. *fol.* 40. thurificantur Protonotarij Numerarij ante Nuncium Apostolicū transeuntem; non autem intra suam Prouinciam existentem, & etiam ante Dignitates, & Canonicos, & Abbates benedictos, & Vicarium Episcopi & Generales Ordinum, & post eos Protonotarij Supranumerarij, nisi essent consanguinei alicuius magni Principis; tunc enim pro arbitrio Episcopi ante Dignitates, & Canonicos possunt thurificari, ex quo magna in fauorem dictorum Protonotariorum præcedentia colligitur: insuper ideo Leo *dicto cap.* 2. *num.* 35. cum Cassan. *dict. consid.* 29. scripsit illos præcedere debere quoscunque Canonicos & Dignitates non capitulariter incedentes, præcipuè si Protonotarij in habitu Prælaturæ incedant, aliàs non, & hoc corroboratur seu probatur *ex dict. lib. Ceremon.* cui statur, vt dixi suprà *quaest.* 27. *num.* 11. vbi præferuntur nedum Canonicis, & Dignitatibus, verum & Nunciis Apostolicis, quod intelligendum credo, si Protonotarij incedant in prædicto Prælaturæ habitu, vt Leo existimat, aliàs enim congruum non videtur, vt Nunciis Apostolicis præferantur. Rursus intelligendum in Nunciis non Episcopis aut Archiepiscopis, si enim, vt communiter, tales fiant, ipsi prius debent thurificari: nam ex dicta Bulla Pij II. omnes Episcopos quoscunque Protonotarios præcedere colligitur, & ita accipiendus est liber Cerem.

dum

dum ante Nuncium Apostolicum Protonotarios thurificari praecipit. Ex cuius lectura *in dict. cap. 23. fol.* 40. idem comprehenditur: nam Episcopus praesens & hospes, & similiter Archiepiscopus thurificantur ante Protonotarios etiam Numerarios, & ideo si Nuncij Apostolici sint Episcopi aut Archiepiscopi, etiam extra locum suae Nunciaturae, & iurisdictionis, virtute Dignitatis Episcopalis debent ante dictos Protonotarios thurificari, secus autem si tantùm sint Nuncij Apostolici, & intra locum suae iurisdictionis non existant: tunc enim Protonotarij Numerarij anteponuntur in thurificatione, & si existant intra suum locum, praeferuntur: nam post Episcopum & Archiepiscopum thurificantur. Sed cùm Protonotarij in his partibus creati habitum Praelaturae de consuetudine non portent, in nihilo illos praeeminentiores inuenio, nisi in iudicialibus, cum illis aliquae causae Apostolicae committantur, quod vt melius & honestius fieret, satis expediret, vt duo tres'ue tantùm Protonotarij Apostolici Hispani eligerentur, qui litteris & moribus ornati causas cum grauitate & fine ipsarum sollicitudine definirent, & his tantùm, & non aliis committerentur, quod adhuc poterat excusari, si Concilium Tridenti. *sess. 25. cap. 10. de reformat.* dum Ordinariis & iudicibus Synodalibus causas praecipit committi, strictè exequeretur.

Verùm hi Protonotarij an Referendariis praeferantur, dicam infrà *quaest. 44 num. 3.* & inter Protonotarios seruari debet ordo antiquitatis & institutionis eorum, vt decreuit idem Pius *vbi suprà*: & constat ex rationibus in praecedentibus quaestionibus relatis; de eorum tamen electione ex dictis suprà *quaest. 25.* aliquid poterit inferri. 4

QVAESTIO XLIII.

De praecedentia Rectoris scholastici, & Vicerectoris.

SVMMARIVM.

1 *Est caput Scholasticorum.*

2 *An Episcopum praecedat?*
3 *Quid de Vicerectore remissiuè?*

1 Rector scholasticus est caput omnium scholasticorum, & eos gubernat, & imperat, vt videmus in Vniuersitatibus, in quarum aliquibus etiam omnimodam iurisdictionem exercet, vt in Academia Complutensi: nam de iure dicitur iudex eorum, Bald. *in Auth. habita num.* 57. *C. ne fil. pro pat.* & ita tanquam caput primus est omnium, & primam habet sedem, & de Rectore vrbis est *const.* 4. *Leon. X.* de qua *in Bullar.* 1. *tom. fol.* 472.

2 Rursus in causis suorum scholasticorum Rector etiam Episcopum praecedit tanquam iudex priuatiuus in illis, ex his, quae suprà dixi *quaest.* 22. *num.* 1. *& seqq.* & idem in actibus scholasticis, qui publicè fiunt, vt memini suprà *quaest.* 1. *num.* 14. Panormitan. *in cap. Auditis de concess. Praeb.* relatus per Cassan. *dict. Catal. & 4. part. consid.* 44. *§. final.* & probatur ex ea ratione toties repetita, nempe maiorem esse quempiam in suo territorio, & officio, & in illo omnes praecedere, etsi contingeret, quòd Episcopus ex priuilegio in teneris annis factus, ad Vniuersitatem studiorum causa accessisset, & ibi fuisset scholaris, etiam eum Rector Vniuersitatis praecederet ex Abb. *in cap. Auditis, num. 4. de elect. & in cap. Postulasti, n. 4. de concess. Praeb.* & refert Felin. *in rubr. de maior. & obed. num.* 4. cuius ratio iam supradicta remanet *quaest.* 27. *num.* 2. & in aliis locis: nam qualitas, quae non facit ad actum, nullam patit praeeminentiae considerationem.

3 Sed, an idem sit in Vicerectore, si dubitetur, plura dixi de Vicerectoribus & Locumtenentibus *dict. quaest.* 1. *num.* 27. *& seqq.* ex quibus poterit dubitatio resolui, simul cum relatis per additionem ad Felinum *in dict. rubrica, & num.* 4. *verbo Rector praecedit*, & per Cassan. *dict. Catal.* 7. *parte, consid.* 10. *&* 25.

QVAESTIO

QVÆSTIO XLIIII.

De præcedentia

Referendariorum.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur, & quid illis incumbat?*
2 *An habeant dignitatem?*
3 *Quæ sit eorum præcedentia?*

REferendarij sunt Ministri Cur. Rom. qui iuxta Vestr. *in pract. lib. 1. cap. 3. num. 1.* & *ibi* annotatio. *num. 11.* & Gomez *de compend. vtriusque signat.* per eum relatum supplicum postulata vident, & si concedenda sunt Pontifici seu Cardinali signatori rem esse concedendam significant, & referunt cum aliis relatis per eundem Vestr. *dicto loco*, & hinc venit, quòd à referendo Referendarij appellentur, commissiones etiam appellationum in gratiæ & iustitiæ signatura expediunt *ex constitut. Pauli V. 71. tom. 3. bullarij, fol. 265.* 1

Ipsi autem ratione huius officij dicuntur habere Dignitatem, Cassan. *dict. Catal. 7. part. consid. 11. §. Et tales*, & cum multis notauit Monet. *de conseruat. iud. cap. 5. num. 111.* addens non esse talem Dignitatem ad Conseruatoris munus exercendum ex text. *in cap. final. de offic. delegat.* probatur etiam *ex Bull. Sixti V. 41.* quæ est *in 2. tom Bullar. fol. 543.* vbi dispositionem textus *in cap. statutum de rescript. in 6.* ad eosdem Referendarios extendit, & illos in Dignitate constituit, & ita practicatur: nam in Tribunali Ill. & R. Nuncij Hispaniæ committuntur illis omnes causæ etiam matrimoniales, & criminales, quæ in secunda seu tertia instantia in eodem Tribunali tractantur, licet quoad causas matrimoniales & criminales ipse non viderem, quo pacto eisdem decidendas possint delegari: nam constitutiones Pauli III. 23. vt *in 1. tom.* 2

Bb 2 *Bul*

Bullar. fol. 647. & Sixti V. 41. suprà relatæ non faciunt illos iudices ordinarios, vt ad cognoſcendum de dictis cauſis neceſſum erat ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de reformat.* & ea de cauſa prædictæ cauſæ Protonotariis non committuntur, vt dixi ſuprà *quaeſt.* 42. *num.* 2.

3 Sed ad præcedentiam veniendo dico præfatos Referendarios præferri cæteris officialibus & Miniſtris inferioribus Curiæ Romanæ, ex eo quòd ſunt Prælati, Veſtr. *dict. pract. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. & patet ex dictis Pontificiis conſtitutionibus, vbi plura illis priuilegia honorifica & exemptiones conceſſerunt, & quòd dictis officialibus præferantur, colligitur ex Caſſan. *dict. Catal. & 4. part. conſid.* 29. & 30. & ex Monet. *dict. cap.* 5. *de conſeruat. iud. num.* 111. *iuncto num.* 113.

4 Sed quòd magis eſt, nedum prædictos officiales præcedunt, verum etiam Protonotarios iuxta eundem Caſſan. *d. conſid.* 29. §. *final.* Veſtr. *in dict. pract. & lib.* 1. *cap.* 2. *in annotationibus, n.* 10. cum Gomezio *in compendio vtriuſque ſignat.* Monet. *dict. cap.* 5. *num.* 112. vbi refert præfatum Gomezium, & plures alios.

QVÆSTIO XLV.

De præcedentia

Religionum & Religioſorum.

SVMMARIVM.

1 *Diuerſæ ſunt Pontificiæ conſtitutiones, & refertur quædam Gregor. XIII.*

2 *Alia Leonis X.*

3 *Alia Pij V. & Clementis VIII. aliæ.*

4 *Alia eiuſdem Clementis.*

5 *Alia eiuſdem.*

6 *Alia Pij IV.*

7 *Alia Pij V.*

8 *Quid hodie ex dictis conſtitutionibus oriatur & reſultet? & an debent eſſe receptæ?*

9 *Præ*

9 *Praxis praecedendi inter Mendicantes.*
10 *Regula praecedentias definiendi; & antiquitatis qualitas per allegantem probanda.*
11 *Extenditur ad Monachales.*
12 *Antiquitas Ordinis vel loci fundationis, quae sit potentior?*
13 *Super Mostrencis praelatio traditur.*
14 *Regula inter Religiosos, & à quo tempore eorum antiquitas computanda.*
15 *Et de nouiciis an sint Religiosi? & quid de eis sit dicendum describitur.*



DE hac praecedentia inter Ordines Regulares variae extant Pontificiae constitutiones: nam Gregor. XIII. decreuit, vt inter Ordines, & Fratres Mendicantes illi praecederent, qui in quasi possessione praecedētiae essent, etsi talis quasi possessio non probetur, aut non constet antiquiores in loco controuersiae, id est, qui prius ibi domum seu Monasterium erexerunt, potiores censerentur, constat *in Bullar. tom.2. const.* 84. *fol.* 469. & referunt hanc constitutionem Genuens. *in sua praxi Archiep. cap.52. in fine*, Campanil. *in suo diuersor. iur. Canon. rubr.12. cap.12. num.12.* & Piaseccius *in praxi Episcop. part.2. cap.3. n.* 41. & Salgado *tract. de protect. Regia part.2. cap.9. num.29.* 1

Et Leo X. *constitut.26. in Bullar. tom.1. fol.519.* similiter statuit, vt Fratres Minores S. Franc. de obseruantia & *Reformati* nuncupati Fratribus Minoribus Conuentualibus essent praeferendi. 2

Et Pius V. *const.71. fol.267. tom.2. Bullarij*, & Clemens VIII. *constit.13. fol.16. tom.3. eiusdem Bull.* decreuerunt. praecedentiam Fratrum Praedicatorum, quoad alios Fratres Mendicantes, & etiam non Mendicantes post Clerum secularem & antiquos Ordines Monachales, & idem Clemens statuit similiter vt Pius V. nempe vt praedicti Fratres Praedicatores praecederent omnes Regulares Mendicantes & non Mendicantes, post Canonicos & Cleros seculares & antiquos Ordines Monachales etiamsi Praedicatorum Conuentus, & loca Regularia primò fundata & instituta non fuissent, refert hanc Bullam, quae loquitur in Regnis Aragonum, 3

Valentiæ ac Catoloniæ, Piaseccius *in sua praxi Episcop. part. 1. cap. 3. de visitat. Regul. fol.* 210. & meminit Barbosa *in pastor. alleg.* 78. *num.* 30. & Contelorius *de præcedentia, num.* 76. vbi *num.* 72. *& seq.* defendit priuilegium Pij V. in fauorem Prædicatorum non fuisse derogatum per constitutionem Gregorij XIII. & idem Piasecc. *loco suprà dicto fol.* 212. aliam Bullam eiusdem Clement. VIII. refert, qua sustulit contentionem Fratrum Prædicatorum, & Eremitarum S. Augustini in Regno Portugalliæ, & declarauit in fauorem Prædicatorum cum multis pœnis, in quibus duabus Bullis, quas in Bullario non inueni, disponitur, vt inter Regulares seruetur ordo circa præcedentiam, quæ in alma Vrbe seruatur: & esse declaratum per sacram Congregationem, quòd in processionibus seruetur ordo inter Regulares, qui in alma Vrbe seruatur non obstante Bulla Gregor. XIII. docuit idem Contelorius *de præcedentia, num.* 78. quem ordinem ponit Gama *decis.* 1. *num.* 7. & dicam infrà *num.* 9. ad quem ordinem seruandum exiit quædam declaratio Congreg. Rituum relata per eundem Piaseccium *dict. cap.* 3. *fol.* 209. *&* 210. *num.* 41. §. *Sacra Congregatio*, & refert Barbosa *dict. allegat.* 78. *num.* 34.

4 Et idem Clemens VIII. præcedentiam definiuit inter Fratres Ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & Fratres beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum in fauorem Fratrum Carmelitarum in omnibus locis, vt constat *ex constitut.* 95. *tom.* 3. *Bullar. fol.* 149.

5 Idem Clemens etiam decreuit, quòd Monachi Congregationis beatæ Mariæ Fulin. Cisterciensis Ordinis S. Benedicti in processionibus aliisque actibus publicis, omnibus Fratribus Mendicantibus præferantur, *constitut.* 56. *tom.* 3. *Bullar. fol.* 73.

6 Et Pius IV. præcedentiæ quæstionem inter Canonicos Regulares Congregat. Lateranen. Ordinis S. Augustini, & Monachos Cassinen. S. Benedicti in fauorem Canonicorum Regularium absoluit *constitut.* 75. *tom.* 2. *Bullar. fol.* 106.

7 Et Pius V. in fauorem prædictorum Canonicorum Regularium ante alios quoscunque Regulares, post tamen Clerum secularem declarauit *constit.* 116. *tom.* 2. *Bullar. fol.* 324.

Aliqua

Aliquarum ex his Constitutionibus meminit Rodrig. *Regul. quæst. tom. 3. quæst. 37. artic. 1. & 4.* & ex illis iam hodie inanis est illa disputatio, in qua plures DD. Theologi, & Canonistæ insudarunt, nempe attendendum esse finem Religionis ad ipsius præeminentiam cognoscendam, vt inter alios pluribus verbis retulit Cassan. *dict. Catal. & 4. p. consid. 52.* præterquam quòd nunquam hæc quæstio ad præcedentias poterit pertinere: non enim sequitur: *Religio est perfectior; ergo in quæstione præcedentiæ potior seu honorabilior:* cùm ad hoc non perfectio, sed origo solùm & antiquitas attendatur, Felin. *rub. de maior. & obed. num. 5.* & dixi suprà *quæst. 14. num. 1.* Inanis etiam est quæstio illa inter ordines Mendicantes: *qualis dicatur antiquior inspecta origine?* de qua plura scripsit idem Cassan. *dict. Catal & 4. part. consider. 68. vsque ad 71.* nam iuxta Constitutionem Gregorianam suprà relatam *num. 1.* non antiquitas originis, sed fundationis, seu domus erectionis in loco controuersiæ, cessante quasi possessione, consideranda erit, ad quod necessum est, quòd dicta constitutio sit recepta, docet cum pluribus Garcia *de benefic. part. 11. cap. 5. §. 1. num. 156.* cum multis seqq. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glossa 26. num. 1. & seqq.* si enim admissa non fuerit, vti attestatur idem Rodrig. *dict. artic. 4. in finalibus verbis*, Principe sciente, & tolerante; aut per tempus decennij, vel per actus tantùm contrarios, etiam eo ignorante, vt cum pluribus existimat probabile idem Garcia *dict. num. 156.* tunc recurrendum est ad originis antiquitatem inter dictos ordines Mendicantes, cessante consuetudine, quæ in primis in hac materia venit attendenda iuxta suprà dicta *quæst. 18. num. 1.* idem est dicendum de Constitutionibus præfatis, quæ de Monachalibus Fratribus loquuntur: scilicet, vt necessaria sit illarum receptio, aliàs cessante consuetudine, ad eandem originis antiquitatem recursus habeatur; sed hæc quæstio etiam est inutilis: nam cùm prædicti Fratres ex priuilegio immunes sint à processionum concursu, non intrat quæstio antiquitatis, de qua plura etiam loquitur idem Cassan. simul cum Archiepiscopo Florent. *in sua historia, d. 4. p. consid. 53. vsque ad 67.* & idem dicendum est de Religione Societatis Iesu, quæ eodem priuilegio fruitur & de quacumque alia Religione di- 8

cto

cto priuilegio gaudente; verùm per accidens ex aliquà causa ad instantiam Regis poterit contingere, aut aliter, quòd prædicti Fratres Monachales, & cæteri Ordines priuilegiati à processionum onere in aliqua intersint, quo casu prædicta proficere dicentur.

9 Praxis verò præcedendi inter Ordines Mendicantes ea est, vt Fratres Prædicatores S. Dominici in processionibus præcedant iuxta constitut. Pij V. *num.* 5. relatam, refert idem Rodrig. *quæst. Regular. quæst.* 37. *art.* 1. *tom.* 3. Cassan. *dict. Catal. &* 4. *consid.* 68. Boër. *tract. de statu & vita Eremitarum*, *n.* 21. Et pro eisdem Fratribus Prædicatoribus plura cumulat idem Contelorius *dict. tract. de præcedentia, num.* 8. *& multis seqq.* idem Salgado *dict. tract. num.* 33. & post eos ordo S. Francisci & Eremitarum S. Augustini, & deinde Ordo Carmelitarum, postea Ordo beatæ Mariæ de Mercede, refert idem Rodrig. *d. articul.* 1. & sic consuetudo in hac materia tollit prioritatem & antiquitatem: nam vt scripsit Cassan. *dict.* 4. *part. consid.* 71. Ordo Eremitarum S. Augustini fuit sub regula S. Basilij tempore Gelasij Papæ, qui fuit multò ante Honorium III. & ita talis Ordo Augustinus ratione prioritatis Prædicatorum Ordinem præcedere deberet, & similiter Ordinem Minorũ, cùm ambo fuerint de eiusdem Honorij tempore Cassan. *d. cons.* 68. *&* 69. & ipse *cons.* 70 loquẽs de Ordine Carmelitarũ cùm esse Ordinibus Eremitarum, & Minorum asserit præferendũ tanquam antiquiorẽ, cùm fuerit sub regula S. Basil. quę fuit ante regulã D. Aug. inde si hic Ordo Carmelitarũ præfertur Ordini Eremitarũ in antiquitate, per cõsequens venit, vt sit inter omnes Mendicãtes prior, cùm Ordinẽ Eremitarum Ordine Prædicatorum & Minorum ipse Cassan. asserat antiquiorẽ, qui denique testatur varia & diuersa vidisse in processionibus circa prædictorum Ordinum præcedentiam, ex quo illius decisionem locorum consuetudini relinquit, videndus Gamma *decis.* 1. *num.* 7. vbi ponit Ordinem incedendi Romæ inter Monachos præsẽte Sum. Pontif. ex quo Fratres Prædicatores præcedunt Carmelitanos, Eremitas S. August. Franciscanos, & alios, & sic consuetudo attendatur, quamuis hæc præcedentia Prædicatorum erit virtute constitut. Pij V. suprà relatæ *num.* 3. quæ Ro-

mae erit in obseruantia.

Quidquid sit de horum Ordinum antiquitate, illa certa ex praedictis colligitur conclusio, quòd in controuersia praecedentiae in primis suprà relatae constitutiones attendátur, vel aliae, si quae sint, in proposito, quae si receptae non fuerint, ad consuetudinem loci descensus fiat, & vltimò, si nec consuetudo inueniatur, ad Ordinis antiquitatem & approbationem, inspecta sua origine, recurratur: Farinac. *decis.* 718. *num.* 1. *in ciuil. nouissim. non vltimis*, cum aliis citatis, Decian. *resp.* 50. *num.* 1. *& seqq. tom.* 4. Gam. *dict. decis.* 1. *num.* 52. cum quibusdam glossis ab eo relatis, Barbosa *dict. alleg.* 78. *num.* 36. Contelorius *de praecedentia, num.* 2. quae antiquitas & approbatio per allegantem probanda erit, cùm fundamentum sit intentionis suae, *l.* 2. *ff. de probat. l. asseueratio*, *C. de non numer. pec.* & ita si praedicti Ordines tam Calceati, quàm Discalceati, super praecedentia contenderint, & ad antiquitatem Ordinum deuentum fuerit, ille Ordo debebit ipsam ostendere, qui eam allegauerit, ostendendo primam sui initij, & Ordinis confirmationem à sanctis Patribus factam, inde cùm haec qualitas antiquitatis in facto consistat, & sit per allegantem probanda, ideo circa eam amplius non insisto. 10

11 Et haec proxima conclusio extendenda est, & intelligenda, nedum in Ordinibus Mendicantibus, sed etiam in Monachalibus, & Ordinibus Militaribus, cùm in illis militet, & eorum praecedentiae quaestio per proximè dicta meo iudicio videri debeat terminari: nam Monachales praecedunt non Mendicantes, vt dixi *n.* 3. & refert cum Boërio Salgado *tract. de Regia protect. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 28.

12 Sed aduersus id, quod dixi, attendendam esse Ordinum antiquitatem, inspecta eorum origine, poterit forsan quis opponere, quòd non debet attendi praedicta antiquitas originis, sed loci & Monasterij erectionis, vbi controuersia praecedentiae contigerit, non virtute constitut. Gregor. suprà relatae *num.* 1. sed solùm virtute antiquitatis loci praetendendo illam antiquitati originis esse praeferendam semota praedicta constitutione. Cui obstaculo poterit responderi, quòd quamuis loci antiquitas sit spe-

cialis in loco, & ita videbatur esse alteri antiquitati præponenda: hæc tamen specialitas originis Ordinum antiquitatem præexcellere non debet, cùm hæc nobilior & potentior sit, & congruum esset, vt Ordo minus nobilis & grauis huius localis antiquitatis causa prior esset: exempli gratia, si Ordo Minorum S. Franc. fuisset in loco antiquior, & Ordo Prædicatorum recentior, non existimo plus rationabile, quòd talis Minorum Ordo fuisset in præcedentia potior ratione loci antiquitatis, cùm Ordo Prædicatorũ ratione suæ originis & confirmationis sit prior, Cassan. *d.4. part. consid. 69.* §. *finali.* Iudico enim hãc prioritatem nobiliorem, & potentiorem, eo maximè, quia iuxta supradicta *num. 3. in fine*, prædicta constitutio Gregorij XIII. non tollit antiquitatem originis iuxta quam in vrbe praxis præcedendi Prædicatores inoleuit, & ita de cæteris Ordinibus exemplum poterit formari, quod intelligitur, vt dixi suprà *num.* 10. semotis Pontificum constitutionibus, quibus, si sint receptæ, aut per aliquam declarationem non correctæ, in primis standum erit.

13 Super Mostrenca autem, cùm Religiones SS. Trinitatis, & Beatæ Mariæ de Mercede obtineant priuilegia à Regibus Hispaniæ ratione redemptionis captiuorum, scilicet vt talia bona amissa ipsis acquirantur, potest inter eas vel alios talia priuilegia possidentes super prælatione & præcedentia quæstio excitari, quæ breuiter resoluitur, vt Religio, quæ præuenit in petendo talia bona, alteri præferatur ratione præuentionis, quæ inter æquales præcedentiam operatur ex dictis suprà *quæst.* 28. *n.* 1. adnotauit in specie Lara *de Capellan. lib. 1. cap.* 22. *num.* 20. subdens *num.* 21. si prædictæ Religiones in eodem tempore petant, quòd Mostrenca inter ipsas æqualiter diuidantur, & *num.* 22. *& seqq.* de prælatione super eisdem bonis inter dominum loci temporalem similiter priuilegiatum & præfatas Religiones differuit, & per illum latius poterit cogitari.

14 Venio nunc ad Religiosos, & dico illos inter se præcedere Primò ratione Dignitatis, vt is, qui illam habuerit de præsenti in Religione sit potior; quia dignior censetur, & digniores sunt præferendi, ex his quæ congerit idem Salgado

gado *eodem tract.de Regia protect.part. 2.cap.9.num.34.& 35.* Secundò, inter pares Dignitate præcedat antiquior, quod præter supradicta de Dignitatibus præferendis & de antiquitate in ferè omnibus præcedentibus quæstionibus probatur per Rodrig.*quaest.Regular. dict. quaest. 37. articul. 1.* & per Campanil.*dict.tract.diuersor.iur.Canon.rubr.12.cap.12.num.2.*Sed dubium est, à quo tempore computetur Religiosorum antiquitas, an à susceptione habitus, vel à tempore professionis, & dico attendendas esse Ordinum constitutiones aut vsum;in aliis enim computatur à tempore susceptionis habitus, vti loquitur Rodrig.*dict.articul.* 1.loquens de suæ Religionis vsu, & explicat Campanil.*dicto cap.12.num.* 9. vbi testatur sic etiam computari in Religione Minorum Obseruantiæ S.Francisci, in aliis verò computari à tempore emissæ professionis sancitum extat,idem Campanil.*dict.cap.12.n.* 3.addens sic esse receptum per vsum cunctarum Religionum; cùm autem vsus aut constitutio nihil disponit, quod rarum erit:tunc prædicta antiquitas à tempore emissæ professionis erit computanda, docet idem Campanil.*dict.cap.12.& num.9.in fine*, & probatur, quia à prædicto tempore incipit fieri contractus reciprocus inter Religionem & Religiosum, cùm Religio per professionem obligetur Religioso & eius sustentationi & curæ & participationi meritorum & suffragiorum communium,Religiosus autem seruitio Religionis & eius regulis & votis mancipetur,idem Rodrig.*tom.3.quaest.11.articul.2.in fine,& quaest.15.articul.12.* Nauar. *cons.26.num.1.de Regular. lib.3.* vnde à prædicto tempore contractus, à quo Religiosus incipit esse Frater, & pars Religionis, debet antiquitas computari: aliàs autem à tempore nouiciatus, qui pars Religionis non dicitur, computatio non rectè inciperet, & hinc scripsit idem Rodrig. *dict. tom. 3.quaest.63.articul.3.* quòd professio est mutatio status de seculari in Regularem, si ergo status nouiciatus secularis iudicatur, minimè in præfata computatione poterit comprehendi.

Sed non est ita amarè sumendum, quòd nouiciatus status 15 secularis dicatur, vti eum vocat Rodrig. *dict. loco*: nam etsi nouicij possint ad libitum eundem statum relinquere & as-

ſumere quem in ſeculo tenebant, interim tamen perſonæ Eccleſiaſticæ dicuntur, & fori & Canonis priuilegio gaudent, vt expreſsè docuerunt Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 3. *cap.* 413. *num.* 46. & Campanil. *dict. rub.* 12. *cap.* 3. *num.* 25. 26. *&* 27. cum multis per eos relatis, quos non tranſcribo, quibus addo Nauarr. *conſ.* 5. *num.* 1. *de foro comp. lib.* 2. Cened. *in qq. Canon. quaeſt.* 4. *num.* 41. Flores de Men. *var. reſol. lib.* 2. *quaeſt.* 21. *num.* 198. cum aliis ab ipſis congeſtis, Barboſ. *in paſtor. p.* 2. *alleg.* 12. *num.* 37. Verum eſt tamen, quòd etſi dicantur perſonæ Eccleſiaſticæ, & ex hac parte improprium videatur vocare Nouitios ſeculares, ex alia verò non ſunt verè Religioſi, nec illis poſſunt Regularia beneficia conferri, & imò potius valet collatio illis facta de ſecularibus beneficiis, vt cum aliis firmat Garcia *de benefic.* 7. *part. cap.* 10. *num.* 4. 5. *&* 6. Campanil. *dict. rub.* 12. *cap.* 3. *num.* 20. *&* 25. Reſtat ergo, quòd prædicta antiquitas computetur à tempore profeſſionis, vbi aliud vſus aut conſtitutio Religionis non diſponit: cũ etiam à prædicto tempore incipiat currere quinquennium datum ad reclamandum contra profeſſionem, iuxta Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 19. *de Regular.* quaſi quod ex tunc inceperit obligatio Religioſi, ex eo quòd particeps, & pars Religionis per profeſſionem factus fuerit: & hæc ſufficiant de hac materia, aduertendo, quòd in pari antiquitate Religioſorum ad qualitates perſonales virtutis & dignitatis retrohabitæ oculi conuertantur, in cuius memoriam aliquis honor & præcedentia debetur, vt ſuprà *quaeſt.* 1. *num.* 22. vnde Religioſus, qui fuit Prior aut Prælatus, cùm altero Religioſo in antiquitate æquali huius antehabiti officij & dignitatis cauſa potior dicendus erit: ſecus verò ſi Religioſus qui fuit Prælatus non æqualis aut antiquior, ſed recentior fuerit, alter tamen, qui dignitatem non habet, nec habuit, antiquior, nam qualitas præteriti temporis qualitatem præſentis quæ modo durat & viuit, vt antiquitas habitus vincere nequaquam debet niſi ex vſu Religionis contrarium fuerit introductum.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XLVI.

De prælatione

Inter duos Resignatarios super contentione beneficij resignati.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio facit perdere titulum & possessionem, nisi reuocetur.*
2 *Quomodo intimanda reuocatio?*
3 *Regula triennalis non iuuat titulum & possessionem nullam.*

CAsus fuit sic: P. resignauit in fauorem D. beneficium, quod habebat, & postea non post plures dies idem beneficium in alterius fauorem resignauit cum reuocatione primæ resignationis, qui secundus Resignatarius comparuit in vrbe per Procuratorem, & fecit intimare reuocationem primæ resignationis Notariis Cameræ & Cancellariæ: sed nihilominus primus resignatarius obtinuit per suum procuratorem gratiam expediri, & expedita fuit, & possessio beneficij subsequuta, in qua stetit per tres annos & amplius: exiuit postea secundus resignatarius & de iure suæ resignationis opposuit & de reuocatione primæ possidentis beneficium, qui ex aduerso replicabat reuocationem sibi aut suo procuratori non esse intimatam, & quod erat possessor triennalis & se tueri regula de triennali contendebat, quæri potest, quis inter prædictos resignatarios meliorem causam foueat? & dico, quòd eorum iuribus considératis secundus resignatarius erit præferendus: nam quãuis, qui semel resignauit, non possit iterum resignare, quia per primam resignationem, titulum & omnem beneficij possessionem amisit, vt pro regula multis congestis tradidit Paris. *de resignat. benef. lib. 1. quæst.* 15. *per totam* & probatur ex relatis per Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 94. num. 29. &* 30. Fati- 1

 nac.

nac.*decis.*156.*num.*1.*& decis.*174.*num.*3.*in ciuil.nouissim.non vlt.* Seraphin.*decis.*357.*num.*1.*& decis.*1310.*num.*1.Leo *in suo Thesauro fori Eccles.p.*2.*cap.*4. *num.*30. cum aliis relatis, Cauall. *comm. contr. com. quaest.*561. *num.*2. *& seqq.* vbi plura refert aduertens cum Parisio *dict. tract. & lib.*1. *quaest.*3. *num.* 8. *&* 9. quod procedat in resignatione simpliciter & absolutè facta, de qua hic loquitur, secus in conditionali, Riccius *in sua praxi aurea resol.*288.*num.* 1.vbi Putei decisiones refert, idem Riccius *collectan. decis.p.*5. *collect.* 1603. hæc tamen regula vnam patitur limitationem inter alias, quoties prima resignatio fuit reuocata ante præstitum consensum in Cancellaria vel in Camera, tunc enim primus resignans, iterato poterit in fauorem alterius resignare, idem Paris.*dict.quaest.*15. *num.*35. nam re integra poterit pœnitere, vt ex professo docuit & declarauit idem Paris. *dict. lib.* 1. *quaest.*12. *per totam*, vnde videtur, quòd quamuis primus Resignatarius habeat regulam, secundus habet limitationem, & ita veniat præferendus.

2 Opponit tamen Resignatarius primus, quòd præfata reuocatio sibi aut Procuratori suo erat intimanda iuxta *Clement.vnic.de renunciat.* & quòd non valuit intimatio facta Notariis Cameræ vel Cancellariæ: sed respondetur, quòd licet Clementina prædicta dicat, quòd intimatio debeat fieri Procuratori, vel quòd ad eius notitiam deueniat, fuit tamen pluries resolutum per Rotam & per stylum comprobatum, vt sufficiat intimare iudici, & sic Notariis Cameræ vel Cancellariæ, Caputaq.*decis.*31.verba sunt eiusdem Paris.*dict.tract. lib.* 9. *quaest.* 26.*num.* 7. cum multis aliis per eum traditis, vnde, cùm præsens intimatio facta fuert vtroque loco Notariis, scilicet Cameræ & Cancellariæ, rectè fuit facta & cessat oppositum ex aduerso.

Et quòd sufficiat talem intimationem Notariis prædictis fieri, iudicatum fuit in quadam causa graui coram Ill. & R.Nuncio Madriti degente in qua ego hanc partem defendens Aduocatus extiti.

Opponit rursus idem primus Resignatarius, quòd si intimatio prædictæ reuocationis fuit facta dictis Notariis: quomodo postea consensus suæ resignationis fuit admissus, & gratia expedita? Ad quod secundus Resignatarius replicat

cat hoc ad eum non pertinere, si Notarij Cameræ vel Cancellariæ malè seu benè fecerunt, postquam intimatio sua illis intimata, & in libris Cameræ & Cancellariæ per ipsos notata fuit, præcipuè quod forsan potuerunt Notarij obliuionis causa libros non videre tempore expeditionis in fauorem primi Resignatarij, & hac de causa gratiam expedire, quæ interpretatio sumẽda est, cùm aliàs præsumptio pro Notariis inueniatur.

Vltimò opponit primus Resignatarius de sua possessione, & regula triennali, sed respondetur inanem esse hanc oppositionem talis Resignatarij; quia cùm eius possessio & titulus sit nullus ratione reuocationis & legitimæ intimationis supradictæ, non poterit tali regula adiuuari iuxta communem resolutionem firmatam quoque sæpiùs in Rota, vt cum aliis testatur idem Paris. *d. lib.* 1. *& quaest.* 15. *num.* 23. 24. *&* 25. & quia titulus prædictus ex eo quòd est nullus, discoloratus, & infectus redditur, & non deseruit pro regula triennali, Caputaq. *decis.* 45. *num.* 1. *p.* 3. Marescot. *d. cap.* 94. *num.* 33. 34. 35. *&* 36. Seraphin. *decis.* 1498. *num.* 14. & hinc est, quod prædicta regula non cadit super beneficio vnito, ex eo quòd nullum sit beneficium, cùm non entis nullæ sint qualitates, vt cum Mendos. & Gomez. super d. regula scripsit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 7. *num.* 9. Garcia *de benef. p.* 12. *cap.* 2. *num.* 28. & hinc etiam est, quod possessor triennalis in beneficio resignato non facta publicatione, prædicta regula defendi non potest, ex eo quòd titulus ex prædicto defectu non factæ publicationis est nullus, & reducitur ad non titulum, *ex Constit. Gregorij XIII.* 87. *in ordine super publicandis resignationibus*, §. *Quòd si quicquam*; & refert idem Leo *in d. Thesaur. for. d.* 2. *p. & cap.* 4. *num.* 31. Riccius *dict. prax. aurea, resolut.* 447. *num.* 3. §. *finali*; placuit autem hanc quæstionem & casum his scriptis, post eius practicam adiicere, licèt ad hanc præeminentiarum materiam non propriè & strictè pertineat, sed impropriè pertinere (varietatis causâ) sufficit, vt in principio animaduersum extat.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XLVII.

De prælatione

Inter Rigorem & Æquitatem in causis Ecclesiasticis.

SVMMARIVM.

1 *Regula est, quòd æquitas rigori præferatur, quæ patitur limitationes & declarationes.*

2 *Procedit quando rigor & æquitas neutrum scriptum est in iure.*

3 *Alterum scriptum obseruari debet.*

4 *Limitaturp roxima conclusio, si pro æquitate non scripta concurrat præsumptio, & declaratur.*

5 *Limitatur, etiamsi æquitas non scripta sit Canonica, & reprobatur.*

6 *Æquitas & rigor æqualiter vtrumque in iure scriptum, illa præfertur.*

7. *Limitatur, si post æquitatem scriptam rigor scriptus subsequatur.*

8 *Limitatur, etiamsi inæqualiter scribantur.*

9 *Quid in omni dubio faciendum?*

1 GEneraliter dici solet, quòd æquitas præferẽda sit rigori iuxta textum de iure ciuil. *in l. placuit, C. de iudic. cum multis concord. congestis, lib. 1. Regular. iur. ciuil. & Pontif. fol. 60 col. 2. verb. Æquitas & iustitia,* &c. Fachin. *lib. 1 controu. iur. cap. 3. & lib. 11. cap. 3* vbi (cum Farinac. *tit. de Delictis, quæst. 17. num. 4. tom. 1. prax. crimin: ad saturitatem)* quid in punitione delictorum sit seruandum, breuiter scripsit, & iudicis arbitrio reliquit, vt ex circunstantiis occurrentibus modò rigorem, modò æquitatem amplectatur, idẽ Farinac. *d. q. 17. n. 10. cũ numeris antecedẽtibus, & subsequẽtibus.* Non repeto iura, nec DD. per eosdẽ Fachin. & Farin. congestos; sed quia hæc regula declarationes & limitationes patitur, ideò ad earum dilucidationem aliquas proponam conclusiones in quibus rigoris & æquitatis prælatio cognoscentur.

Prima

Prima conclusio : quando æquitas & rigor neutrum est scriptum in iure, tunc æquitas amplectenda erit , & hoc in casu currit sine difficultate regula generalis suprà relata *d. l.placuit*,& *ibi* Ias. & cæteri *cap.final de transact.* ibi: *In his verò super quibus ius non inuenitur expressum procedas æquitate seruata*, &c. colligitur hæc conclusio magis specificè ex Abb *in dict.cap. final.num.*9.Bald.*in dict.l.placuit in fine*, & vlterius probatur ex Ias.*in dict.l.placuit in fine, versicul. Quartò limita*, Innoc.*in cap.* 1. *num.*2.*de constit.*Felin.*in cap. iurgantium,num.* 2.*versic. Tertiò aduerte,de sentent.& re iud.* Abb.*dict.num.*9.*versicul.Dicit enim,dicentibus, quòd in arbitrariis semper æquitas erit præponenda , hoc est , in quibus ius certum & scriptum non inuenitur*, Menoch. *de arbitrar. lib.*1.*quæst* 51. *n.*7.& ita hæc doctrina prædictæ regulæ generali adscribenda est , de qua plures refert Barbosa *in locis & princip.commun.litt. A.num.* 68.

Secunda sit conclusio:cùm alterum, scilicet æquitas,aut rigor inuenitur in iure scriptum , illud est obseruandum, vt argumento textus *in l.prospexit,ff.Qui & à quibus*, docuit idem Abb.*in dict.cap.final.num.*9.Felin.*in dict. cap. Iurgantium , num.* 1. Ias.*in dict.l. placuit , num.*2. & *ibi* Angel.& Bald.*num.* 2. Glossa *ibi, verbo In omnibus in fine,versicul. Et nota* , Glossa *verb. Æquitate in dict.cap.final.de transact.*Decius *in dict.reg. In omnibus , num.* 9.*de reg.iur.*Dynus *in reg.locupletari,num.*8.*de regul. iur.* Nauarr. *cons.*22.*num.*11.*de Præbendis , lib.* 3.Menoch.*cons.*914.*num.* 6.*vel.* 10.Fachin *dict.lib.*1.*& cap.*3.§.*Ego hanc rem*, Gratian. *discept. forens.tom.*2.*cap.*254.*num.*9.Genuens.*in practicabil.Ecclesiast.quæst.* 733.*num.*1.Barbosa vbi suprà *dict.num.*68. 3

Inuenio autem duas limitationes ad hanc cõclusionem: 4
Prima ex Felino *in dict.cap.Iurgantium,num.* 1.docens , quòd si pro æquitate non scripta concurrat præsumptio,quòd tunc erit rigori iuris scripto præferenda per expressam glossam *in cap. Suscitata,verbo Pensata de in integr.restit.*& Dominic.*in cap. Disciplina*,45 . *distinct.* & aduerto , quòd æquitas ad obuiandam malitiam & fraudem , de qua loquitur textus *in dict. c. suscitata* , & *ibi glossa*,est iuridica , vt constat in textu ibi : *Nos æquitate pensata iure duximus prouidendum*:vbi post verbum,*æquitate pensata*, immediatè ponitur illud verbum *iure*, vt benè notarunt ibi Abbas *num.*8.& Ioan.Andr. per eum relatus, &

Dd quòd

quod sit æquitas iuridica & de iure satis poterit comprobari ex congestis per Lancellott. *tract. de attent. restitut. in integr. pend. num.* 55. *& pluribus seqq.* vbi ad regulam, *Nil innouari restit. in integr. pend.* ponit primam limitationem de iure *dict. num.* 55. vt non procedat, quando contra petentem restitutionem esset præsumptio, quod calumniosè & fraudulenter illam peteret, & hoc pluribus confirmat & declarat: nil ergo mirum, si talis æquitas rigori iuris scripto præferatur: cùm etsi æquitas appelletur, ius etiam sit ex prædictis. Præterea hæc æquitas vocatur *non scripta* per Felin *in dict. cap. Iurgantium, n.* 1. & meo iudicio dicerem potius esse *scriptam*: nam scriptum est, cui fraus & dolus, fraudulēto & doloso patrocinari non debent, Brasol. *in suis loc. legal. in verbo Fraus, num.* 3. vbi plura congerit, & hoc prouenit ex æquitate, bonus textus *in l. verum. §. Tempus autem, ff. pro socio*, ibi: *Nec enim æquum est dolum suum quenquam releuare*: vnde ex prædictis hæc Felini vocata *fallentia*, & limitatio non quadrat ad prædictam secundam conclusionem, sed ad tertiam, quæ infrà *num.* 6. tractabitur, itáque non censeo posse limitationem appellari.

5 Secunda] limitatio, quam inuenio, colligitur per Genuensem *dict. practicabil. Eccles. quæst.* 733. *num.* 1. *& seqq.* dicentem, quòd quando æquitas non scripta est Canonica, tunc illa rigori iuris scripto erit præferenda, de qua opinione dubito: nam illud verbum *Canonica*, quod prædictus auctor adiicit æquitati, duobus modis sumi potest; alio genericè pro æquitate, qua generaliter Canones vtuntur in omnibus negotiis, vt ipse asserit *eodem loco in fine*: aut specificè pro æquitate particulari in aliquo Canone decreta, & obseruata exemplo textus *in dict. cap. suscitata de in integr. restit.* si prædictum verbum *Canonica* sumatur primo modo, non intelligo, quid addat æquitati, ob quod rigori scripto præferenda veniat: nam *in dict. cap. final. de transaction.* loquitur Pontifex de æquitate Canonica generali, vt constat ex eius verbis suprà *num.* 2. relatis, & nihilominus, si ius contra eam expressum & scriptum inueniatur, illud ex eodem textu erit amplectendum, & hoc procedit, siue rigor scriptus sit iuris Canonici (in quo sensu benè intelligit Genuens. dictum textum *eodem cap. num.* 3.) siue rigor scriptus sit iuris ciuilis:

pro

propterea glossa *in dict. cap. final. verbo æquitate*, generaliter docet, quòd ius semper sit præferendum æquitati non scriptæ, & glossa *verbo In omnibus*, *versicul. Et nota in dict. l. placuit*, idem sentit, & sic sentiunt omnes suprà *num.* 3. relati absque distinctione, an scilicet rigor scriptus sit iuris Canonici vel ciuilis, & meritò: nam quamuis sit rigor iuris ciuilis non ideo Canones illum æquitati suæ generali postponerent, cùm etiam legibus & Principum constitutionibus adiuuentur, in quibus ex aduerso constitutum non habent *cap. 1. de noui oper. nunciat.* Si autem prædictũ verbum *Canonica*, secundo modo accipiatur, erit æquitas potius scripta & iuridica quàm non scripta, vt suprà dixi *num.* 4. & inde non mirum, si rigori scripto præferatur, vt dicam infrà *n. 6. in seq. conclusione*: discedo ex prædictis à Genuensis opinione, cuius fundamenta non obstant: non primum *ex cap. dilect. de iudic.* & secundum *ex cap. potuit de locato*: nam *ibi* æquitas & veritas est scripta expresse & in specie per ius Canonicum, tam in eo quòd procedatur secundum veritatem & formam Canonum omissis subtilitatibus iuris *ex dict. cap. dilect.* quàm in eo quòd admittatur purgatio moræ *ex dict. cap. potuit*, & ideo si expresse Canones disponunt de æquitate in casibus specialibus, cessauit rigor etiam scriptus, cùm etiam æquitas sit particulariter scripta ex dicendis infrà *num. 6.* non obstat tertium ex textu *in cap. quicunque*, 17 *quæst.* 4. nam Archidiac. *ibi num.* 5. ait, quòd Episcopus poterat retinere datum, quia sacrum erat Ecclesiæ; sed quòd filij *in d. cap.* relati pauperes erant, & Ecclesia debet succurrere pauperibus, maxime illis à quibus beneficium recepit, & ita quòd illud, *Non de iure populi*, intelligatur de iure naturali ex quo omnia sunt communia, secundum quem intellectum colligitur, quòd æquitas de qua *in dict. cap.* & *ibi* glossa penult. & final. sit scripta, cùm scriptum sit pauperes benefactores & etiam filios eorum vitæ suffragium esse percepturos ab Ecclesia *cap. quicunque 16. quæst. 7.* & quamuis ad hoc detur actio alimentorum pro fundatoribus Ecclesiarum, de quibus loquitur prædictus textus, & dixi suprà *quæst.* 34. *num.* 2. negari tamen non potest, quin origo huius actionis sit æquitas rationabilis & naturalis: vnde hæc tanquam scripta erit *in dict. cap. qui-*

cunque 17. *quæst.* 4. rigori scripto præferenda: non obstat quartum Genuensis fundamentum; ex Archidiac. desumptum *in cap. sunt nonnulli* 1. *quæst.* 1. nam illam æquitatem Archidiaconi, qua dicit, incertum esse arbitrio boni viri ad certum reducendum, vt peti possit, possumus etiam scriptam appellare *in dict. cap. dilecti de iudic.* vbi veritas & æquitas text. præcipit obseruari omissis iuris apicibus.

6 Tertia sit conclusio: quando vtrumque, æquitas scilicet & rigor, æqualiter in iure scriptum inuenitur, tunc etiam æquitas rigori præfertur, eo modo, quo quando neutrum est scriptum, vt dixi suprà *num.* 2. nam æquitas tanquam fauorabilior ampliationem & prælationem expostulat *regula odia de regul. iur.* sic censent Abb. *in dict. cap. final. num.* 9. *de transaction.* Dyn. *in reg. locupletari num.* 8. *& in reg. possessor. num.* 24. *de regul. iur.* & ad hanc conclusionem pertinent supradicta *num* 4. *&* 5.

7 Limitatur hæc conclusio, vt non procedat, si post æquitatem scriptam subsequatur rigor scriptus in lege posteriori, quia tunc ipse est attendendus: non autem æquitas, vt per bonam glossam *in cap. Extirpandæ*, *§. qui vero, in verbo Priuatum penes finem de Præbend.* docuit Ias. *in dict. l. placuit*, *num.* 2. *§. tertiò limita, C. de iudic.* cum aliis relatis per Decium *dict. reg. in omnibus num.* 11. *de regul. iur.* nec obstat, quòd Felin. *in dict. cap. Iurgantium num.* 2. *de sentent. & re iud.* & Decius *dict. reg. num.* 12. *&* 13. cum aliis vt per eos, contrarium sentiant; ex eo quòd lex posterior corrigat priorem, quando est contraria, & quòd æquitas & rigor non contrariantur, imò æquitas temperat rigorem; quia fateor æquitatem & rigorem non contrariari sed solùm temperari, at hoc temperamentum aliquid debet operari, ne sit frustraneum, & quemadmodum contrarietas extinguit, ita temperat temperies: ergo æquitas post rigorem scripta in lege posteriori illum, operando, temperauit, & è conuerso rigor, post æquitatem, illam constringet.

8 Quarta sit conclusio: (quæ deseruire potest pro alia limitatione præcedentis conclusionis) quando æquitas & rigor non æqualiter, vt suprà *num.* 7. sed inæqualiter de illis scriptum est, nempe de altero in genere, & de altero in specie,

hoc

hoc præualet & seruandum est, cùm generi per speciem derogari regula iuris affirmet, docet idem Abb. *eod. cap. final. dict. num. 9.* Dynus *in reg. possessor. dict. num. 24.* Ias. *in dict. l. Placuit dict. num. 2.* & *ibi* Bald. *num. 3.* Angel. & Salicet secundum Decium *in dict. l. in omnibus num. 10. de reg. iur.* Nauar. *dict. cons. 21. num. 11. lib. 3.* & Dynus & Ias. ponunt exemplum de hac conclusione, nempe quod æquitas scripta suadet generaliter neminem locupletari cum aliena iactura *dict. reg. locupletari de reg. iur.* rigor verò specialiter scriptus, dictat præscriptiones & vsucapiones etiam in alterius damnum fauore bonæ fidei possessoris & in odium negligentium, vt *in l. 1. & toto tit. de vsucapionibus.*

Vltima sit conclusio: in casu dubio, nempe si rigor non ita expressè sit scriptus, vt dubitationem & interpretationem excludat, quo casu æquitatem esse amplectendam scripsit Fachineus *dict. lib. 1. cap. 3. §. Secunda conclusio:* vel est dubium an æquitas & rigor, alterum, seu neutrum, sit scriptum, an in genere, seu in specie: iudicarem ego, tunc partim ex misericordia, partim ex iustitia, inter iudicandum, miscendum, cùm miscenda sit lenitas cum seueritate, beneuolentia cum austeritate, exhortatio cũ comminatione, & charitas cum potestate, bonus text. *in cap. Disciplina 45. distinct.* Concil. Trid. *sess. 13. cap. 1. de reformat.* Homobonus *de statibus humanæ vitæ part. 1. cap. 22. num. 3.* adiecit tamen Fachineus *dict. cap. 3. in fine*, quòd Princeps erit consulendus, si iudex, quid sit bonum & æquum, dubitauerit *ex l. 1. & vlt. C. de legibus*, quæ consultatio ex prædictis superflua forsan poterit iudicari, cùm *ex dict. cap. disciplina & Concilio Tridentino* arbitrio iudicis relictum censeatur, vt rigori iuris etiam pietatem adhibeat, id est, provt illam adhibere in quantitate & in qualitate existimauerit, & quia (rectè, præfatis conclusionibus attentis) raro dubium occurret, cuius grauitas Principis consilium expectat, vnde hæc quæstio rigoris & pietatis materia paucis verbis remanet digesta, & explanata. 9

QVÆSTIO XLVIII.

De pracedentia Sacriſtarum & Theſaurariorum.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſint, & quid illis incumbat?*
2 *An dicantur habere dignitatem?*
3 *Qua ſit eorum pracedentia?*

1 QVi Titulum prima facie perſpexerit, forſan inanem, aut ridiculam quæſtionem appellaret, cùm Sacriſtæ, provt vulgo accipiuntur, in quæſtione præcedentiæ non veniant: æquiuocum verò eſt prædictum nomen, & iam per eos, qui verè ſunt Miniſtri Sacriſtarum vſurpatum; ſed quia ipſi ſeruiunt Sacriſtis: ideo eodem nomine appellare ſunt auſi, propterea Barboſa *collect. ad decretales in cap. 2. num. 5. de officio Cuſtod.* Cuſtodem, Sacriſtam & Theſaurarium idem dici notauit: Sacriſtæ igitur, quorum ſuprà memini *q. 5. n. 16.* ſubſunt Archidiacono, & ad eorũ curam pertinet cuſtodia ſacrorũ vaſorũ & veſtimẽtorum Eccleſiaſticorũ, & totius Theſauri Eccleſiaſtici, necnon quæ ad luminaria pertinent, ſiue in cera, ſiue in oleo, verba ſunt textus *in cap. vnico de off. Sacriſta*, & *ibi* Abb. vbi ſoluit quædam oppoſita; nempe, quòd quamuis ad officium Archidiaconi cuſtodia vaſorum ſpectet, Barboſa *collect. ad decretal. in cap. 3. num. 2. de offic. Archidiac. cap. ea qua, de offic. Archidiac.* competat etiam Sacriſtæ ſub illo, tanquã vicegerenti, quia ſuberat Archidiacono, Leſſar. *de Eccleſiaſtica hierarch. quæſt. 2. proœm. §. 5. num. 3.* & quod quamuis lampadum cura etiam ad cuſtodem pertineat, provt ad ſacriſtam: hoc tamen ſit ſecundùm locorum conſuetudines, iuxta quas etiam ſolui poterit primum oppoſitum ex gloſſ. *verbo Cimelia, in d. cap. ea qua*; vocantur alio nomine Sacriſtæ Theſaurarij & Cimiliarchæ, probatur *ex d. cap. vnico, de off. ſacriſt.* ibi

ibi: *Totius thesauri Ecclesiastici*, &c. iuncto textu *in cap. perlectis, in fine, 25. distinct. & d. gloss. verbo Cimelia, in d. cap. ea quae*, notant Hostiens. *in summa, in d. cap. unico, & lib. 5. tit. de poenit. & remiss. n. 27. in eadem sum.* Abb. *in cap. super literis, num. 6. de rescript.* Boër. *tract. de auctor. magn. Consil. num. 75.* Monet. *tract. de conseruat. iud. cap. 5.* 104. cum aliis per eum relatis, Barbosa *collect. ad decretales, in cap. 1. num. 4. de Officio Sacristae.* Sed per vsum forsan diuersimodè accipientur Sacristae & Thesaurarij, qui non exerceant ea, quae ad ipsos spectare docuit textus *in d. cap. Perlectis*: sed potiùs Sacristae, quorum illa sunt propria, & constat *ex ceremon. Episcop. lib. 1. cap. 6.* vbi latiùs Sacristarum officium describitur, & quod Thesaurarij thesauros Ecclesiae res pretiosas magni valoris, & fortassis pecunias & oblationes eius obseruent, vt dixit Archidiac. *in d. cap. Perlectis, num. 2.* ibi: *Thesauros enim Ecclesiae non est eorum custodire, sed Thesaurarij*, &c. Itaq; quod vsus disponit attendatur: nam in quibusdam partibus vniformiter & coniunctim Sacristae & Thesaurarij, in aliis autem separatim & diuersimodè fortassis assumentur.

Quidquid illud sit, praedictos Sacristas & Thesaurarios 2 de iure non dicuntur habere dignitatem, sed tantùm officia Ecclesiastica, vt constat *in Decretalibus ex tit. Eorum, de officio Sacristae*, Cęsar. *d. quaest. 2. § 2. num. 11. & quaest. 5. num. 5.* Barbosa *in d. cap. 1. num. 2.* & quia ipsi de iure iurisdictionem & administrationem non habent ad notata per Archidiacon. *in cap. 1. de consuetud. in 6.* & per Innocent. *in cap. de multa, de Praebend.* cum caeteris relatis suprà *quaest. 6. num. 6. & quaest. 20. num. 2. & quaest. 30. num. 3.* & in specie docuit Moneta *d. cap. 5. num. 103. & multis seqq.* & quia sunt officia Ecclesiastica, ideò Ministrum tenent, nempe Custodem, vt suprà retuli *d. quaest. 20. in fine*; De consuetudine tamen possunt habere dignitatem in Cathedralibus & Collegialibus, vt de Thesauraria scripsit Cassan. *in Catal. 4. p. consid. 40.* & iam hodie pro Dignitatibus accipiuntur in omnibus Ecclesiis, Caesar. *d. quaest. 2. §. 2. n. 11. & quaest. 5. num. 5.* & ideò Hostiens. *in summa, d. lib. 5. & tit. de poenit. & remiss. num. 27.* annumerat Sacristam & Thesaurarium inter Dignitates ante Canonicos, & Boteus *tract. de Synodo, 3. p. num. 26.* ponit Sacristam in loco septimo post Primicerium, & ante Canonicos, vnde consuetudine attenta, praedi-

cti

cti Sacristę & Thesaurarij iudices delegati deputari possunt iuxta text. *in cap. statutum, de rescript. in 6.* & etiam Conseruatores, si dignitas sita fuerit in Cathedralibus & Collegialibus, *cap. fin. de off. deleg. in 6.* & colligitur ex Moneta *d. cap. 5. num.* 94, 100. *& aliis numeris.*

3 Venio ad præcedentias, & dico illos de iure Custodibus esse præferendos ex ordine Titulorum Decretalium, vbi post titulum Sacristæ titulus sequitur Custodis, quod argumentum validum est, vt suprà *quaest. 5. num.* 16. sed de consuetudine quâ recepti sunt inter Dignitates, debent habere locum, quem ipsa eius consuetudo præstiterit, cùm possit esse primus, ex Cassan. *d. consid.* 40. vel secundus aut tertius: illud autem certum est eos tanquam Dignitates esse Canonicis Cathedralium aut Collegialium potiores, ex Hostiensi & Boteo relatis proximè *num.* 2. *in fine*, & ex dictis suprà *d. quaest.* 5. *num.* 17. *& quaest.* 6. *num.* 4. & ita consuetudine obtentum in Ecclesiis videmus.

QVÆSTIO XLIX.

De pracedentia Succentorum.

Dixi suprà quæst. 30. num. 4.

QVÆSTIO L.

De pracedentia Thesaurariorum.

Dixi etiam proximè quæstione 48.

QVÆSTIO

QVÆSTIO LI.

De Prælatione

ſuper Theſauro inuento in Eccleſia inter inuentorem,& Eccleſiam,& eius Rectorem,ſeu Prælatum.

SVMMARIVM.

1 *Theſaurus inuentus in loco ſacro caſu fortuito, ad inuentorem & Eccleſiam pro medietate pertinet.*
2 *Omnia loca ſacra in Dominio ſunt Dei & eius Eccleſiæ.*
3 *Theſaurus ſola inuentione acquiritur, & multo meliùs per Eccleſiam.*
4 *Reſpondetur ad* §.Theſauros,inſtit. de rer.diuiſ.& ad leges Regias de Theſauris diſponentes, *& Barboſæ:ratio & dictum declaratur.*
5 *Prædicta concluſio procedit in Theſauro caſualiter inuento, ſecus data opera, & confutatur quorumdam opinio circa intellectum* l.vnic.C.de Theſaur.lib.10.
6 *Quid ſit dicendum de theſauro inuento in loco religioſo? & Barboſæ ſententia examinatur,& reiicitur:nam idem quod in loco ſacro concludendum eſt.*
7 *Dimidium theſauri inuenti in loco ſacro vel religioſo ad Eccleſiam pertinens, conſequenter ad eius Rectorem & Prælatum pertinebit.*
8 *Fructuarius theſaurum non acquirit,nec Maritus,nec Prælatus.*
9 *Fructuarij ratione inuentionis dimidium theſauri accipiunt, & ſimiliter Prælati.*



ÆC quæſtio difficilis eſt,& vt clarior reſolutio 1 capiatur, per diſtinctas placet procedere concluſiones.

Prima ſit:vt theſaurus inuentus in loco ſacro, caſu fortuito,ad Eccleſiam,& inuentorē pro dimidio perti-

neat, & ita in hoc non sit prælatio, probatur ex eo, quia quemadmodum Thesaurus inuentus in loco priuato, aut publico casu fortuito pro dimidia parte est domini loci, seu fisci, aut Ciuitatis vel Cæsaris, & pro alia dimidia inuentoris ex text. *in l. vnica, C. de Thesauris, lib. 10. & in l. 3. §. fin. de iure fisci, & in cap. 1. quæ sint Regalia*, Peregrin. *tract. de iure fisc. lib.* ... *2. num.* 4. Syluest. *in summa verbo Inuentum, n. 10. & 12.* Summ. Angel. *eod. verbo, num.* 1. Cauall. *com. contra comm. quæst.* 514. ... Anton. Gom. *in l.* 45. *Taur. num.* 51. *&* 52. Ioan. de Plat. *in d. l. vnic. num.* 4. Barbos. *in l. diuortio, §. Si fundum, num.* 42. *&* 44. *ff. solut. matrim.* Couarr. *in reg. peccatum in vlt. relect. par. §. 2. num.* 2. Gutierr. *practic. lib. 4. quæst.* 36. *num.* 49. *& seqq.* Ita similiter si Thesaurus in loco sacro casu fortuito fuerit inuentus, inter Ecclesiam & inuentorem diuidendus erit cum Ecclesia esse non debeat deterioris conditionis, quàm priuatus seu fiscus, vt tradiderunt Genuens. *in practicab. Eccles. quæst.* 544. ... Cassan. *in consuetud.* Bur. *rub.* 1. §. 1. *num.* 22. Barbos. *num.* 47. ... *loco num.* 47.

2 Probatur vlterius: nam omnia Loca sacra in dominio sunt Dei: gloss. *verbo Nullius in §. nullius instit. de rerum diuis.* cum aliis, vt per Barbos. *in dict. §. si fundum, num.* 46. imò nedum loca sacra, sed vniuersaliter omnis terra & plenitudo eius & vniuersi, qui habitant in orbe terrarum in eodem dominio sunt, vt Psalmista canit, & prædicta loca ad Romanam Ecclesiam & sedem Apostolicam pertinent in genere, & illius sunt text. *in cap. si Papa de priuileg. in 6. & in Clement. Exiui de Paradiso, §. Proinde, de verbor. signif.* & in specie quælibet Ecclesia retinet dominium rerum suarum, textus expressus *in cap. abbate sane ibi iure dominij de sentent. & re iud. in 6. & in cap.* 1. ... & *ibi* glossa expressa *in cap. 2. verbo Ipsarum de rebus Eccles. in* ... *libro*, cum aliis iuribus vtriusque iuris, quæ congerit videndus Ioan. Faber *in dict. §. nullius num.* 2. vbi infinitis hoc probari posse testatur, Genuense *dict. cap.* 544. *num. 2. in fine, &* 4. *&* 6. Cassan. *dict. rub.* 1. §. 1. *num.* 21. *& num.* 22. cum aliis per eum relatis, Ioan. Garcia *tract. de expens. cap.* 22. *num.* 51. *§. in Episc.* vbi docet, quòd Ecclesia vna præscribit contra aliam, Farin. *vbi proximè* donat, locat, emit, vendit, & in feudum & emphiteusim concedit, & quòd licet diuersæ sint sententiæ,

nempe

nempe dominium rerum Ecclesiæ esse penes Pontificem, vel Ecclesiam Catholicam, vel Dominum nostrum Iesum Christum, vel pauperes, verissimum tamen quod ad iuris effectus est, Ecclesias particulares rerum suarum dominium retinere, & per Episcopos & Prælatos Gubernatores & vsufructuarios gubernari, & sic esse validos & firmos contractus ab Ecclesia gestos cum debitis solennitatibus contentis *in extrauag. Ambitiosa de rebus Eccles. & cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. qui sine dominio valorem seu firmitatem tenere non poterant, vnde pari modo sicut priuatus, Ecclesia ratione dominij quod habet in loco sacro dimidium Thesauri casualiter inuenti percipere debet & lucrari.

Corroboratur amplius: nam secundum plurimorum sententiam, quæ appellatur communis, & magis recepta, thesaurus acquiritur sola inuentione sine apprehensione, vt constat ex congestis per Cauall. *dict. quæst.* 514. *tom* 2. & per Gratian. *disceptat. forens. tom.* 3. *cap.* 453. *num.* 24. & in Ecclesia hoc facilius procedit ex eo, quòd pro acquirendo dominio apprehensione non egeat, vt suprà *quæst.* 26. *num.* 2. & sic apparet eam dimidiam thesauri partem esse percepturam, & hanc sententiam tenuerunt Sum. Angel. *dict. verb. Inuenta, num.* 1 Syluest. *in summa eodem verb. num.* 11. *versicul. Sed hoc reprobat*, Couarr. *in dict. reg. peccatum*, 3. *part. relect.* § 2. *num.* 3. *versicul. Sed apud nos*, Genuens. *d. quæst.* 544. *num.* 3. *& seqq.* Angel. *in* §. *Thesaurus, num.* 3. *instit. de rer. diuis.* Ioann. Fab. *in eodem* §. *num.* 4 *versic. Sed cùm hodie*, Anton. Gomez. *in dict. l.* 45. *Taur. num* 52. Io. de Plat. *in dict. l. vnic. C. de thesaur. lib.* 10. *num.* 6. *versicul. Hodie autem*, Cassan. *d. rubr.* 1. §. 1. *num.* 21. *&* 22. cum relatis ab eo & suprà *hoc num.* Barbosa *in dict.* §. *Si fundum, num.* 47. loquens in fundo deputato ad Clericorum sustentationem, ex quo dicatur esse in dominio Ecclesiæ, refert cum aliis Gutierr. *pract. lib.* 4 *quæst.* 36. *num.* 47. 3

Non obstat *idem* §. *Thesauros*, vbi disponitur thesaurum in loco sacro fortuito casu inuentum ad inuentorem in solidum pertinere, simul cum glossa *in cap. Si quid inuenisti* 14. *q.* 5. nam iuxta Angel. & Ioann. Fabr. sententiam *in dict.* §. *Thesauros*, & Ioann. de Plat. *in dict. l. vnic.* hodie loca sacra, & religiosa non sunt Principi & Imperatori subiecta, sed tantùm 4

Ecclesiæ; & ita meritò thesaurus in illis inuentus ad eam pro dimidia parte debet pertinere, & hinc est, quòd *dict. §. Thesauros*, sit nullius momenti, tanquam Ecclesiæ immunitati & libertati contrarius, vt sentiunt Genuens. *dict. cap. 544. num. 6.* & relati per Barbosam *in dict. §. Si fundum, num. 45. in fine.* Licet ipse ibi *num. 46.* contrarium affirmet in Prælatis, de quibus infrà *num. 7.* eius tamen ratio, quæ ad propositum facit, declaranda erit: quia etsi loca sacra in dominio sint Dei, vt suprà *num. 2.* per hoc tamen in dominio Ecclesiæ non esse non est arguendum, sicut arguit etiam Auendañus *de exeq. mandat. lib. 1. cap. 4. num. 42. §. & extrauagan. Ambitiosæ*: quia ideo sunt in Ecclesiæ, quoniam in dominio sunt Dei à quo ipsa dominium tenet, sicut non repugnat, quòd Papa sit omnium rerum Ecclesiasticarum dominus, & primùm Deus à quo ipse principatum accepit, Sarment. *de reddit. Eccles. part. 4. cap. 6. num. 3.* subdit tamen Barbos. quòd præfatum dominium nec ad Deum debet pertinere, cùm de his transitoriis curare non videatur, quia cùm veritas sit Dei possessione & gloria terram esse plenam, nam in eius voluntate vniuersa sunt posita, & in ipso viuimus, mouemur & sumus, & omnes creaturæ faciunt verbum eius, & eius spiritus replet orbem terrarum, & solemus dicere, quòd folium arboris sine ipso non mutatur, nihil interest, quod malè inspicienti, ipsum Deum de his transitoriis rebus curare non videatur; cùm contrarium, rerum interna gubernatione perpensa, necessariò veniat confitendum, itáque colligitur Deum prædictarum rerum dominiũ simul & Ecclesiã in toto terrarum orbe habere & possidere, præcipuè quoad iuris effectus in Ecclesia, vt optimè docuit Garcia relatus suprà *n. 2.* Eodem modo, quo *§. Thesauros*, intelligenda est *l. Regia 1. tit. 13. l. 6. recopil.* & *l. 45. tit. 28. p. 3.* partẽ thesauri inuentoribus assignantes, & Regi ex *d. l. partita*, vt scilicet non procedant, nec admittantur in thesauro inuento in loco sacro, nec Ecclesiæ iure possint præiudicare, Gutierr. *d. q. 36. num.* per easdem rationes relatas, & sentit Couarr. *dict. 3. part. §. 2. num. 3. versic. Sed nos, & § Sed apud nos.* Gomez. *in dict. l. 45. Tau. num. 52.* & attendendus non est Azebed. *in d. l. 1. tit. 13. lib. 6. n. 4.* qui voluit, vt illa lex seruaretur quoad partẽ inuentoris, etiam

in

in loco ſacro in quo non loquitur ipſa lex, vt conſtat ibi: *En las Ciudad o villa, o lugar*, &c. & erit limitanda hæc declaratio, niſi conſuetudine, quæ contra Eccleſiam requiritur de iure, contrarium fuerit inductum, de qua conſuetudine generali teſtatur illam benè defendens Couarr. *dict. n.* 4. licet in ſpecie de conſuetudine contra Eccleſiam non loquatur.

Declaranda eſt præcedens concluſio, vt vera ſit, & pro- 5
cedat in terminis poſitis, nempe ſi caſu fortuito theſaurus inueniatur, tunc enim ad inuentorem medietas pertinebit; ſecus autem data opera, & induſtria, etiam de voluntate domini *dict.* §. *Theſauros*, & *ibi* Angel. & cæteri *dict. l. vnic. C. de Theſaur. lib.* 10. *l.* 45. *tit.* 28. *part.* 3. gloſſa *in cap. Si quid inueniſti*, 14. *quæſt.* 5 refert Anton. Gomez. *in dict. l.* 45. *Tau. num.* 51. Ioan. de Plat. *in dict. l. vnic. num.* 4. *&* 5. Gutierr. *eadem quæſt. num.* 48. & ipſi referunt rationem, quare inuentor etiam de voluntate domini nihil acquirat, & dominus talem licentiam dare non poſſit; ne ſcilicet homines propter hoc culturas rurales relinquant, vel ad malas artes addiſcendas cupiditatis cauſa inuitentur, Sum. Angel. *dict. verb. Inuenta*, *num.* 1. Peregrin. *de iure Fiſci, lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 5. Barboſ. *in dict.* §. *Si fundum, num.* 39. Sylueſt. *in ſumm. eodem verbo*, *num.* 10. vbi illud de licentia domini prohibita declarat certo modo, de quo etiam agit Barboſ. *dict.* §. *Si fundum, num.* 40. ponens tres caſus, & in vltimo Syluestrum impugnans. Ego tamen viſa *dict. l. vnic. C. de Theſaur. lib.* 10. clarè ſentio dominum non poſſe concedere licentiam perſcrutandi theſaurum, ſeu opes abditas in agro ſuo, vt perſcrutator ſibi illas adquirat, & ſuo nomine effodiat: ſecus autem ſi nomine domini, cùm eo caſu dominus perſcrutari videatur, vt ſentiunt Ioann. de Plat. *in dict. l. vnic. num.* 4. *verſ. Item ſecus*, Gutier. *eadem quæſt.* 36. *num.* 42. Barboſ. *dict. num.* 40. & Faber *in d.* §. *Theſauros*, *n.* 4. & in ſpecie Eccleſiæ hanc declarationem ſcribunt Gomez. *in d. l.* 45. *Tau. n.* 51. *in fine*, docens quòd ſi data opera quis inueniſſet theſaurum in loco ſacro ſeu religioſo, totus eſſet Eccleſiæ vel loci religioſi argumento prædictorum, ſentit cum Gomez. Gutier. *dict. quæſt.* 36. *num.* 48. Caſſan. *de conſuetud.* Burg. *rubr.* 1. §. 1. *num.* 21. *in fine*, verùm Barboſ. *d.* §. *Si fundum*, *num.* 47. §. *Ad complementum*, tenet inuentorem data opera in loco ſacro

ſeu religioſo nihil acquirere & ſuum nõ facere theſaurum, & an ad Eccleſiam tunc pertineat, non declarat, ſed pertinere ſentit Sum. Angel. *d. verbo Inuenta, num.* 1. Sylueſt. *eodem verbo & ſumma, num.* 11. & ſic tenere DD. *in d.* §. *Theſauros*, teſtatur, quia ex eo, quod theſaurus data opera in loco ſacro ſeu religioſo inuentus fuerit ſine voluntate aut cum voluntate domini, totus erit Prælati: illud autem, quod idem. Syueſt. *dict. loco num.* 10. & Barboſa *dict. num.* 40. cum Molin. *de iuſt. & iure, tract.* 2. *diſputat.* 5 6. *col.* 3. *ad finem*, Gutier. *d. quæſt. num.* 44. adnotarunt, nempe, quod licitum eſt domino transferre in alium quærere volentem ius quærendi theſaurum in fundo proprio, vt ille quaſi dominus quærat, ac proinde facta translatione prædicta ſuum faciat theſaurum inuentum, ſatis difficile iudicarem, quia *ex dict. l. vnic.* voluntas in domino aufertur, vt alius in eius fundo theſaurum quærat, ibi: *Nec volentibus*, &c. translatio autem prædicta ſine domini ſcientia & voluntate conſiderari non poteſt, cùm ad theſaurum quærendum fiat, ſi ergo domino ſciente, ergo volente & conſentiente, & intrat prohibitio *dict. l. vnica*; ſi ignorante etiam intrat, vt in textu, ibi: *Vel ignorantibus dominis opes abditas ſuo nomine perſcrutari*, &c. Nec ferendus eſt Sylueſt. *d. num.* 10. dum ait, quòd *dict. l. vnica*, non dicit indiſtinctè, quòd totus theſaurus ſit domini: *Si quis quærat eo volente, ſed eo volente ignorante opes abditas, vt quia conſentit quæſitioni neſciens quòd theſaurus quæratur*, &c. hic enim intellectus prorſus repugnat literæ, & menti textus; literæ ex illa aduerſatiua, *vel*, quæ diuerſum caſum ponit ab eo, quod poſitum extabat, & inter diuiſa non idem ſignificantia collocatur, & eſt diſiunctiua, quæ ad verba & effectum ex congeſtis à Cenedo *in ſuis ſingul. ſingul.* 29. & cùm priùs textus de volentibus dominis loquatur, de ignorantibus poſteà, diuiſim, non coniunctim, vt Syllueſt. exiſtimat, loqui credendum erit: menti repugnat, quia etiamſi dominus quæſitioni conſentiat cum ignorantia Theſauri, quærens tamen illius conſcius, contrauenire poterit rationibus finalibus prædictæ legis cùm poſſit vel culturam deſerere, vel magicas artes, vt quærat & inueniat ediſcere, vt ſuprà *hoc num. in princip.* & ita inconueniens prædictæ legis in eo non ceſſat, rurſus dominus

minus quæsitionem in alium transferens, cogitare necessariò debet de illius fine & intentione quærentis, & ita colligere saltem præsumptiuè, quòd Thesaurum quæsitione inquirat, & sic iam nón ignorans, sed sciens Thesaurum quæsitioni consentit, cùm hæc duo, *Thesaurum scire & quærenti locum dare*, parum aut nihil distent: si ergo sciens, iam volens, & consentiens, & sic contra textum *in dict. l. vnica*, quæ, vt arbitror, absolutè & indistinctè intelligenda est; vt neque domino volente nec ignorante thesaurus in eius fundo per alium quæri possit, nec dominus concedere & transferre ius, vt quæratur, sentit Ioann. de Plat. *in d. l. vnica, n. 4. & 5* ibi: *sed non possum certè dare licentiam alteri quærendi sibi thesaurum in meo, vt hic dum dicit nec volentibus, nec ignorantibus dominis, & sic est casus, in quo dominus rei non potest disponere de re sua, nec per concessum sibi præiudicare*, &c. quod clarè limitandum erit, nisi fundus verè per dominum venditionis causa in aliũ transferatur de quo non loquitur prædicta lex vnica.

6 Secunda sit conclusio: de Thesauro inuento in loco religioso, in quo casu Barbos. vir eruditus *in dict. § si fundum n. 44. & 45*. intellexit *dict. §. Thesauros*, vt procedat, quando is, qui thesaurum inuenit in loco religioso, habebat in eo ius sepulchri, tunc enim ex eo, quod sepulchrum quoad vsum sit suum, sentit thesaurum ad eum pertinere, & in his terminis loqui *dict. §. thesauros*, docens thesaurum inuentum in loco religioso inuentoris esse in solidum, secundum quem intellectum videtur sentire Barbos. quod ius sepulchri vel sit dominium vel effectus dominij, cùm Thesaurus ratione dominij acquiratur *ex dict. §. thesauros*, & ex supradictis constat: similiter idem auctor intellexit text. *in l. 3. §. final. de iure fisci* disponentem thesaurum ad fiscum pro dimidio & ad inuentorem pertinere, vt intelligatur, quando in loco religioso, in quo thesaurus habitus fuit, inuentor nullum ius sepulchri retinebat: tunc enim ex eo, quòd sepulchrum quoad vsum & ius sepeliendi sit alienum, nón debet inuentor totum thesaurum lucrari iuxta regulam *dict. §. Thesauros*, & cùm prædictum ius sepulchri non sit dominium, & dimidium thesauri domino rei debeatur *ex dict. §. Thesauros* prædictum dimidium habenti ius sepulchri dandum nón erit,

& sic

& sic quoad eam partem & dimidium tanquam vacans Fiscus succedet: hæc ille, refert & refutat Gutierr. *dict. quæst. 36. num.* 467. §. *quartus & vltimus*, & §. *sed salua pace*, ex qua interpretatione, ni fallor, duo contraria colliguntur, nempe *ius sepulchri dominium parere, & non parere.* Nil enim est, quod locus religiosus quoad dominium non sit in alicuius bonis, vt Barbosa fatetur, si quoad vsum & ius sepulchri Thesaurum totum inuentor acquirit, ex qua acquisitione ius sepulchri dominium parere colligatur *ex dict.* §. *thesauros*, sed nimia aliquando subtilitas intellectum nostrum ad incerta perducit: Quapropter censeo, dicendum esse de thesauro inuento in loco religioso idem, quod de loco sacro supra diximus, vt scilicet thesaurus casu inuentus inter eundem locum & Ecclesiam cui adhæret, & inuentorem diuidatur simul, cum omnibus prædictis & declarationibus notatis, præcipuè quia sic sentiunt præfati DD. cum Gutierr. *dict.* §. *sed salua pace*, ex quorum dictis iura *in dict.* §. *thesauros, & dict. l.* 3. §. *final.* ad concordiam reducuntur, seu aliter quàm per Barbosam intelliguntur, & quia locus religiosus auctoritate Pontificis & Episcopi creatur, sicut locus sacer, & nemo priuatus illum locum religiosum sibi de iure Canonico constituit, *cap. ad hæc*, & *ibi* glossa *verbo Auctoritate Pontificis de relig. Dom. addit. glossa, verbo Vnusquisque in* §. *Religiosum instit. de rerũ diuis.* & hoc etiam est dicendum, etiamsi inueniens thesaurum in loco religioso ius sepulchri habeat in illo, illud enim ius vsus tantùm est, ideòque insufficiens ad prædictum thesaurum in solidum acquirendum, vt in Prælato & Rectore proximè dicemus.

7 Tertia sit conclusio: quod medietas thesauri inuenti in loco sacro vel religioso, quæ ad Ecclesiam tamquam loci dominam pertinere suprà diximus *num.* 1. *& seq.* per consequens pertineat ad eius Rectorem seu Prælatum tanquam bonorum eius Gubernatorem, & dispensatorem in quo sensu intelligendi sunt DD. dicentes thesaurum acquiri Prælato Ecclesiæ, veluti Syluest. *in summ. dict. verbo Inuentum, num.* 11. Couarr. *dict. reg. Peccatum* 3. *relect. p.* §. 2. *num.* 3. *in fine*, ibi: *pro ea parte ad Ecclesiam eiusque Prelatum pertinere*, &c. simul cum aliis relatis per Barbos. *in dict.* §. *si fundum, num.* 45. *in fine*, Gutierr.

dict.

dict. num. 7. non autem, quod ad Prælatum pertineat principaliter, cum ipse non dominus, sed vsuarius dispensator & administrator rerum Ecclesiæ dicatur, *cap. 2. de donat.* ibi, *Cùm Episcopus & Prælatus Ecclesiasticarum rerum sit procurator & non dominus*, &c. *cap. quod autem* 23. *quæst.* 7. cum multis relatis à Sarmiento *de redditibus Ecclesiast. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 4.

Et hinc est, quod thesaurus inuentus in fundo fructuario ad fructuarium non pertineat, vt per text. *in l. si is qui*, §. *si communis seruus*, ibi: *nec est dubium quin solius domini prædij sit*, simul cum aliis tradit Peregrin *de iure fisc. lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 14. quia vsufructuarius non dicitur inuenire, nec ille, qui habet bona hypothecata, nec maritus si inueniat in fundo dotali cum soluto matrimonio restituere teneatur, Syluest. *d. verbo Inuentum, num.* 12. Sum. Angel. *dict. verbo Inuenta num.* 1. additio Ioan. de Plat *in dict. l. vnic. C. de thesaur. lib.* 10. *num.* 3. *versic. Et ex prædictis patet*, vbi tenet, quod omnes fructuarij supradicti, simul & creditor pignoris, qui impetrauit ius dominij propter cessationem solutionis non acquirunt thesaurum inuentum in re fructuaria, nisi tantum pro dimidio respectu inuentionis, cùm thesaurus non sit in fructu, Barbos. *in dict.* §. *si fundum* per illum text. *num.* 24. *&* 25. cum pluribus relatis, Angel. *in dict.* §. *thesauros, num.* 2. *&* 3. & *ibi* Ioan Fab. *num.* 2. Molina *de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 1. *&* 2. Gutierr. *dict. quæst.* 36. *num.* 35. *&* 36. cum Valasco & aliis, Garcia *dict. tract. de expens. & meliorat. cap.* 22. *num.* 49. 50. *&* 51. cum aliis relatis, & ibi §. *in Episcopo Prælato*, loquutus fuit in specie Prælatorum Ecclesiæ, nempe quòd thesaurum non acquirant cùm sint fructuarij, sed quod remaneat penes Ecclesiam, Genuens. *dict. practicab. Eccles. quæst.* 393. *per tot.* vbi *num.* 9. posuit differentiam in emphiteuta de qua idem Garcia *eod. cap. num.* 52. & Barbos. *in dict.* §. *si fundum, num.* 27. *&* 28. Gratian. *disceptat. forens. dict. tom.* 3. *& cap.* 453. *per tot.* & etiam differentiam in possessore Maioratus, de qua idem Molin. *d. cap.* 23. *per totum*, Gutierr. *dict. quæst.* 36. *num.* 29. 8

Et eodem modo quo fructuarius ex eo quod dominio caret thesaurum in solidum acquirere non potest, sed dimidium eius, ratione inuentionis, si inuentor fuerit: sic etiam de Prælato dicendum venit à paritate rationis: alterum 9

 autem

autem dimidium ad Ecclesiam Dominam pertinebit, & incidenter ad eius Prælatum, vti rerum suarum dispensatorem: & hæc sufficiant de thesauro Ecclesiæ, ipsi, inuentori, aut Prælato, adiudicando: quæ clariora intelligo remanere quàm hucusque ab interpretibus digesta fuerunt, indéque animum ad explicationem apposui, vt variis floribus licet non pretiosis pulchrior fasciculus redderetur.

QVÆSTIO LII.

De præcedentia Vicariorum.

SVMMARIVM.

1 *An præcedant Abbates & Archidiaconos remissiuè, & an alias habentes dignitates?*
2 *An Capitula præcedant Vicarios vel è contra? referuntur DD. pro Vicariis.*
3 *Referuntur pro Capitulis.*
4 *Resoluitur, vt declaratio, si quæ sit, in puncto obseruetur.*
5 *Deficiente declaratione consuetudo attendatur.*
6 *Seclusa consuetudine Capitula præsente Episcopo præcedant Vicarios; absente verò ab eis præferantur.*
7 *Dicta de Vicariis locum habent generaliter.*
8 *Affertur casus in praxi inter Vicarium & Capitulum Collegiale.*
9 *Mentio facta de Capitulo intelligitur de Cathedrali.*
10 *Declarationes allegatæ super Concilio loquuntur de Capitulo Cathedrali.*
11 *Declarationes super dirigendis processionibus quomodo accipiendæ?*
12 *Praxis inter Vicarium & Capitulum de eisdem processionibus, obseruanda.*
13 *Ad acquirendam possessionem per Capitulum contra Ordinarium in dirigendis processionibus, quæ requirantur?*
14 *In Gubernatoribus etiam Episcopis eadem resolutio admittenda, & quid si fuerint Coadiutores?*

15 *Quid*

15 *Quid dicendum in Vicariis Capituli sede vacante? & non praecedunt Capitula, sed sedent vel in loco aliàs suo si Capitulares fuerint, vel in loco vbi de consuetudine sede plena Vicarij sedent.*
16 *Idem dicendum de Vicariis ab Episcopis assumptis de Capitulo.*
17 *Praecedunt omnes Ecclesiasticos Diaecesis.*
18 *Item omnes Laicos.*
19 *Item Vicarios Foraneos & declaratur.*
20 *Quis inter ipsos Vicarios potior?*
21 *In eorum electione quid obseruandum?*
22 *Eorum locus in processionibus describitur.*
23 *An tunc caudatarium portare possint?*



Vprà *quaest.* 1. *num.* 10. dixi de praecedentia inter Abbates, & Vicarios, & in Abbatum fauorem resolui, & *quaest.* 5. *n.* 8. *& seqq.* de praecedentia inter Vicarios & Archidiaconos scripsi, distinguens vt Archidiaconi in actibus Capitularibus Vicarios praecedant: secus autem in actibus particularibus, in quibus è conuerso Vicarij Archidiaconis praeferantur, nisi aliud consuetudo disponat. 1

Et idem dicendum erit, si controuersia inter alias Dignitates & Vicarios oriatur ex eisdem praehabitis rationibus, & docuit Sbrocius *de officio Vicarij, lib.* 2. *quaest.* 25. *num.* 8.

Mox autem restat illius quaestionis praecedentiam resoluere inter eosdem Vicarios & Capitula: vtrúmne Vicarius Capitulũ praecedat? in qua quaestione pro Vicario scripserunt Abb. *cons.* 27. *vol.* 1. Felin. *rubr. de maior. & obed. n.* 10. *versic. Non valet consuetudo*, & *in cap. Statuimus, eodem tit. num.* 1. *versicul. Et dicit*, Abb. Cassan. *in Catal.* 4. *part. consid.* 46. Boër. *tract. de auctor. magni cons. num.* 66. Nauarr. *cons.* 1. *versicul. Secundò dico, tit. de maiorit. & obed. lib.* 1. Zerol. *in pract. Episcop.* 1. *part. verb. Vicarius*, §. 15. Boteus *tract. de Synodo*, 3. *part. n.* 20. *iunctis numeris seqq.* Ioan. de Arn *singul.* 28.2. *tom. fol.* 79. Leo *in suo thesauro fori, p.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. alios referens. Et his adiunguntur Annan. *cons.* 13. *lib.* 1. Iaf. *in l. de quibus, num.* 69. & 77. *de legibus*, Crot. *in l. omnes populi, num.* 85. *de iustit. & iure*, Rauen *in tract. de consuet. fict.* 2. *num.* 42. Bertran. *cons.* 73. *num.* 8. *lib.* 1. *part.* 2. Ber. *cons.* 22. *num.* 20. *lib.* 1. Gabr. *de praesumpt. conclus.* 1. *num.* 37. Put. *in suo clypeo pastor. cap.* 6. 2

num. 39. Cuchus *in suis instit. tit.* 8. *num.* 49. Sarmient. *select. interpret. lib.* 7. *cap.* 47. relati per Riccium *in sua prax. for. tit. prax. præcedent. decis.* 582. *num.* 2. & refert pro hac parte Rotam *in vna Algaren. coram Dadino* vt habetur *in decis.* 277. & *in vna Placentina sedis coram Seraphino*, & ad hoc est bona decisio Caput. 307. *num.* 6. *part.* 1. & facit Seraphinus *dict. decis.* 639. *num.* 10. & faciunt relata per Menochium *cons.* 50. *num.* 1. *vsque ad* 26. *vol.* 1. seu Ioann. Riccard. qui *in dict. cons.* se subscribit vna cum aliis in eadem sententia illum comitantibus, vbi ponuntur eius fundamenta, & aliqua etiam refert præcitatus Riccius *dict. decis.* 582. *n.* 1. *& seqq. & in fine*, addit, quod hæc opinio videtur verior, & quod audiuit fuisse decisum à S. Congr. super ritibus, & à Felic. record. Clement. VIII. *in vna Nolana.*

3 Pro Capitulo autem totis viribus acclamant idem Menoch. seu Piccard. & cæteri subscribentes *d. cons.* 52. *à num.* 27. *vsque ad finem*, vbi multis comprobant hanc sententiam, simulque contrariis satisfaciunt, quæ multiplicationis causa non repeto, cùm infrà, quid in hac sentiam controuersia, describam, & pro hac parte multa etiam retulit idem Riccius *dict. prax. & decis.* 582. *num.* 4. *& seqq.* & Gonzal. Mendez. *lib.* 1. *diuersor. iur. arg. cap.* 1. *per totum*, latissimè hanc partem opinantem & defendentem.

4 Dico, quòd si in hoc dubio adest declarat. S. Congr. & Clement. VIII. in fauorem Vicariorũ provt de auditu testatur Riccius *d. decis.* 582. *in fine*, illa remouet omnem difficultatem, cùm sit obtemperãda in loco vbi ceciderit, nisi contrarium vsu fuerit abrogata.

5 Si autem talis declaratio vel non sit vera, vel non recepta, recurrendum est ad consuetudinem, quæ super hoc habetur in loco controuersiæ ex dictis suprà *quæst.* 18. & habemus de hac consuetudine seruanda legem claram *in Ceremoniali Episcoporum, lib.* 1. *cap.* 13. *penes finem*, ibi: *Vicario Generali dabitur locus, vbi habere solet pro consuetudine diuersarum Ecclesiarum*, & *eodem libro*, *cap.* 23. *penes finem*, ibi: *Vicarius Episcop. pro consuetudine Ecclesiarum*, cui libro dandam esse fidem scripsi suprà in diuersis locis ex Menoch. seu Riccard. *dict. cons.* 52. *n.* 145. Botero *tract. de synodo*, 3. *part. num.* 6. *&* 43. simul cum Pauin. Ioann. Andr. & Hostiens. per eundem Riccard. allegatis, refert

refert etiam idem Riccius *dict. decis.*582. *num.*4. *in fine.*

Si autem de consuetudine non constat, tunc de iure decidenda est quæstio, & ni fallor, arbitror distinguendum, 6
vt Vicarius præsente Episcopo, Capitulo, Dignitatibus & Canonicis non sit præferendus, & in his terminis procedat prima opinio suprà *num.* 2. cuius illa est ratio principalis ne membra à capite diuidantur, & separentur contra ordinem naturalem, vt suprà *quæst.* 1. *num.*6. & *quæst.* 5. *n*9. absente autem Episcopo, tunc Vicarius prædictos Canonicos & Capitulum, præcedat, hoc namque casu cessat ratio distinctionis capitis & corporis seu membrorum, quæ pro prima opinione principaliter vrgebat, & in his terminis currat secunda opinio, docet expressè Gratian. *disceptat. forens. tom.* 2. *cap.*298. *num.*73. & sic etiam sentit Menoch. seu Riccard. *dict. consf.*52. *num.*69. *& seqq.* & hæc distinctio procedit, vt arbitror, de rigore iuris, licet in practica fortassis non sit admissa: nam Capitula amarè hoc ferunt, & cùm pro ipsorum parte plura considerentur, vires fortiter assumunt in exclusionem Vicariorum, vt ipsi scilicet nō prͅponantur, & sic de hac exclusione siue prælatione Capitulorũ respectu Vicariorum testatur esse receptum in multis Ecclesiis, idem Menoch. seu Riccard. *dict. cons.* 52. *n.*153. *&* 175. sed Episcopi & eorum Vicarij hoc permittere non deberent, cùm sit in eorum præiudicium, & cessante aliqua declaratione & consuetudine, ius suum audacter defendere, & praxi confirmare cautius esset, & ita absente Episcopo, quòd eius Vicarius Capitulum præcedat iuxta distinctionem positam, quæ videtur rationabilis, cùm Vicarius sit iudex omnium de Capitulo, ex eo quòd faciat vnum Tribunal cum Episcopo & associetur ei in iurisdictione ordinaria, vt *in dict. cons.*52. *num.* 10. *& seqq.* Riccius *dict. decis.*582. *num.*3. & licet contra Capitulares debeat procedere cum adiunctis ex Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 6. *de reformat.* nontamen ex hoc tollitur quòd Vicarius sit iudex etiam adiunctorum, quando delinquunt, & Concilium in hac parte in aliquibus Ecclesiis non fuit receptum, & adhuc quando ad iudicandum adiunguntur, est primus in iudicando, & principalis iudex, cùm habeat votum seorsum principaliter: adiuncti autem vtrique habent

tantùm vnum votum *ex dict. cap. 6. Concil. Trident.* & hoc de adiunctis retuli propter Piccard. qui in *dict. conf. 52. num. 179. & 180.* respondet, quòd ratione adiunctorum Vicarius non habet iurisdictionem supra Capitulum saltem liberam, & quia adiuncti parem cum eo habent auctoritatem ex dicto capite Concilij, quod dictum attentis supradictis non est releuans.

7 Et supradicta locum habent generaliter in omnibus dubiis, quæ inter Vicarios & Capitula super præcedentiis disputari possunt in congregationibus, in choro, synodo & cæteris actibus communibus in sessionibus, & processionibus, vt explicitè docuit & retulit præcitatus Riccius *dict. prax. fori & decis. 582. num. 2.* & similiter generaliter loquuntur præfati & allegati DD.

8 Ex quibus decidenda est prætentio cuiusdam Capituli Collegialis Ecclesiæ quod super processionibus controuersiam cum Vicario Archiepiscopali interposuit super ordinatione processionum, contendens Capitulum ad ipsum ordinationem, non verò ad Vicarium pertinere: nam inprimis declarationem Pontificiam seu competentis iudicis, secundò consuetudinem, tertiò distinctionem, quam suprà ponderauimus, attendendam censemus, aduertendo quòd in terminis processionum, quò & quà dirigendæ & deducendæ sint, & rationem earum præscribendi extat declaratio S. Congreg. super Concil. Trid. vt per Marcillam in suis declarat. super Concil. *lib. 4. tit. de maiorit. & obed. super cap. 3. §. In processionibus*, & per Farinacium *in suis etiam declarat. part. 4. fol. 468. versicul. In processionibus*, refert similiter Zerol. *in sua prax. Episcop. verbo Processiones, in fine*, ex quibus declarationibus deducitur, quòd ad Episcopum cum consilio Capituli spectat quò & quà dirigendæ & deducẽdæ processiones, itémque rationem earum præscribere, quod per easdem sacras declarationes limitatur in publicis processionibus, secus verò in priuatis Capitulorum, in quibus non Clerici alieni, sed domestici ipsorum Capitulorum intersunt, in quibus ipsa Capitula totum Ordinem seorsum præscribunt, in publicis autem processionibus Episcopus, & absente eo Vicarius generalis auctoritatem habet super dirigendis & decernendis

dis

dis processionibus consulto Capitulo, vt de Vicario constat in d.Prospero Farinatio,& in d. Marcilla *vbi proximè.*

9 Et in eisdem declarationibus, dum de Capitulo consulendo fit mentio de Cathedrali, non verò de Collegiali accipiendum erit: nam Cathedrales Canonici ex eo quòd sunt Episcopi potiora membra & præcipui Fratres, vt suprà *in hac quæstione & q.1.n.2.& q 5. num.6.& q.10.n.1.* ideo eorum consilium honestè & naturaliter adiicitur, secus verò de Capitulo Collegiali & eius Canonicis, quorum vox non est immediata post Episcopũ nec præcipua membra, nec coruscant Episcopalibus radiis sede vacãte sicuti Cathedrale Capitulũ, ideo in dirigendis processionibus vox eorũ adhiberi non debet per Episcopũ Archiepiscopũ seu eorũ Vicarios.

10 Quod autem declarationes supradictæ loquantur de Capitulo Cathedrali non de Collegiali colligitur dum mentionem faciunt de Clericis Cathedralibus, item quia de Episcopo & Capitulo collectiuè loquendo necessario de Cathedrali sensisse affirmandum erit, cum quo Episcopus relationem habet quæ inter caput & membra; aliàs de alio Capitulo non congruè loquerentur Declarationes, item quia appellatione Capituli regulariter Cathedrale Capitulum comprehenditur de mente Felini *in cap. his quæ num. 2. §.quarto arguitur,§.minor probatur, de maior.& obed.* dum affirmauit quod omnia iura loquentia de Capitulo succedente sede vacãte in Episcopali iurisdictione, de Capitulo loquuntur Cathedrali: vnde Collegiale ex prædictis Declarationibus iuuari non poterit, nisi ad Declarationem in puncto, aut consuetudinem in ipsius fauorem legitimè introductam iuxta supradicta *quæst.* 18. recursus habeatur; vel nisi sit Capitulum Ecclesiæ Collegialis non alicuius Archiepiscopi vt in quæstione proposita, aut Episcopi, sed Abbatis exempti, cuius causa fortassis Capitulum poterit iure postulare vt consilium eius in dirigendis processionibus postuletur ab Abbate & eius Vicario, cum etiam sede Abbatiali vacante ad idem Capitulum Abbatialis iurisdictio deuoluatur, vt cum Pauino *tractatu de potest. Capit. sede vacante, fol.7. versicul. Septima sedes est Abbatialis,* retulit idem Felinus *in dict. cap. His quæ in fine de maiorit.& obedient.*

Verum

Verùm aduertere placuit, quòd declarationes præfatæ & supradicta loquuntur, quando ante processionem tractatur inter Episcopum & Vicarium, quò & quà dirigendæ aut deducendæ sint processiones, tunc namque adhibendum est Capituli Cathedralis consilium, postea verò, quando iam tractatu habito proceditur, in ipsa processione, attendenda erit consuetudo generaliter recepta, quòd Vicarius deambulet per ipsam processionem aliquibus comitatus, vt inordinatum componat, simul vt festinationem aut detentionem præcipiat, quæ consuetudo initium sumpsit à decreto Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 13. *de reformat.* cuius meminit Franciscus Leo *Thesaur. fori Ecclesiast. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 18. dum Episcopo controuersias processionum dirimere & componere amota appellatione committitur, præparatorium enim est ad easdem controuersias dirimendas per processiones ordinando ambulare Vicarios, vnde eo ipso quòd illas eisdem cum Episcopo dirimere committitur, per consequens deambulare & ordinare conceditur, *l. ad rem mobilem, l. ad legatum de procurat. cum aliis*, vt per Euerardum *in suis loc. legal. loc.* 126.

12 Si autem in aliqua Ecclesia & Capitulo obseruatum sit cum Episcopi seu Archiepiscopi consensu, quòd simul cum Vicario aliqui ex Canonicis ordinationi assistant processionum per eas deambulando, vt in Ecclesia Toletana fieri audiui, illud erit in praxi admittendum, per hoc tamen conqueri non debent ipsi Canonici & Capitula, si Vicarij inter Canonicos intrent, dum deambulant per processiones, vt aliquando audiui, consensus enim Archiepiscoporum aut Episcoporum, vt prædicti Canonici de prædicta ordinatione deambulando curent, præiudicare non debet ordinariæ iurisdictioni, vt Vicarij non possint inter eosdem Canonicos deambulare, quasi quòd ipsi priuatiuè teneant eandem ordinationem excluso Episcopo & Vicario, cum potius ex prædictis declarationibus illa principaliter ad Episcopos & Vicarios pertineat adhibito consultiuo, non decisiuo consensu Capitulorum, nisi in contrarium exclusiua adesset, & specialis cõtra Ordinarios negatiua consuetudo, hoc est, quod volentes Episcopi seu eorum Vicarij

pro-

processionem inter Canonicos ambulando ordinare, ab eisdem negatiuè sint impediti, contendentes eandem ordinationem priuatiuè ad Capitulum pertinere, tunc namque consentientibus ordinariis eorum scientiâ, & patientiâ legitima induceretur consuetudo, bona decisio Seraphini 339. *num.* 1. *&* 2. vbi loquendo de Capitulo iurisdictionem acquirente contra Episcopum, subdit nihil agere, nisi probet actus factos priuatiuè ad Episcopum, cùm in dubio censeantur facti cumulatiuè, aliàs enim Episcopus propter iuris assistentiam, quam circa exercitium iurisdictionis habet in sua Diœcesi, manuteneri debet, donec contra eum per tres conformes sit obtentum & immemorabilis consuetudo sit probata, vt eleganter videndus docuit Hercul. Marescott. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 1. *vsque ad* 8. *& seq.* faciunt quæ suprà scripsi *cap.* 18. *in fine*, idem Seraphinus *decis.* 436. *num.* 3. *&* 4. vt scientia & patientia requiratur ad acquirendam possessionem in incorporalibus, quæ patientia substantia dicitur possessionis, ad idem Menoch. *de retinend. possess. remed.* 3. *num.* 147.

Et hinc est, quòd in eisdem incorporalibus sit necessarius actus apprehensiuus cum prædicta patientia Domini, nec actus antecessoris suffragentur successori absque noua apprehensione cum eadem patientia, vt cum Caputaq. & eius decisionibus retulit Gratian. *disceptat. forens. tom.* 1. *cap* 113. *num.* 76. & ad acquirendam possessionem negatiuam per Capitulum in exclusionem Episcopi & Vicarij in iuribus incorporalibus præcedentiæ circa processionum ordinationem in casu suprà posito multa requiruntur, nempe negatio & prohibitio ex parte Capituli, & patientia ex parte Ordinariorum, & transcursus legitimi temporis ad complendam præscriptionem, vt cum aliis scripsit idem Grat. *tom.* 3. *cap.* 564. *num.* 51. *vsque ad* 54. & semper dabitur Ordinariis manutentio propter iuris assistentiam, donec per tres conformes sint iudicialiter conuicti, vnde Canonici amarè ferre non debent, si Vicarius & Ordinarius dum deambulat per processionem, etiam inter ipsos, & etiam si ipsi ipsius ordinationi inhæreant inter eosdem Canonicos ad eundem effectum ingrediatur, ex prædictis rationibus &

13

auctoritatibus, quæ congruæ videntur, cùm Vicarius & Ordinarius iure suo vtatur, nisi voluntariè, aut vt iurgia euitentur, velit à prædicto ingressu abstinere, aut quia inter dictos Canonicos nō sit necessarius, si habeant processionū Rectores de ipsorum gremio, & in prædicta specie de actu voluntario, aut sine prohibitione omisso ius contra Vicarium & Ordinarium acquirere minimè existiment Capitula ex supradictis, multa enim omittunt Ordinarij in actu, quæ in potentia & habitu ad aliud tempus retinent & reseruant, vnde contra ipsorum iurisdictionem non congruenter arguitur ab actu in præsenti non facto ad potentiam illud in futurum exercendi, donec adsit negatio & prohibitio, scientia & patientia & cætera, quæ scripsimus suprà, quod argumentum proponebat Collegiale Capitulū, cuius mentio iam fuit facta in hac quæstione contra Vicarium & Ordinarium Archiepiscopi, vt ipse non deambularet per processiones sub prætextu, quòd illam deambulationem aliis vicibus non fecisset, quare nedum in Collegiali, verùm & in Cathedrali Capitulo prædictum argumentum vanum est & inefficax ex prædictis, nec concludit, vnde ipsū omittendo contra Capitulum super eodem puncto fuit processum.

14 Et hæc dicta de Vicariis procedunt etiam in Gubernatoribus aliquando electis ab eisdem Episcopis, vel à sua Sanctitate iustis de causis: nam cùm eandem auctoritatem & iurisdictionem exerceant Vicarij Generales & præfati Gubernatores, vna & eadem vtrisque resolutio conueniet, & etiamsi Gubernatores accidentaliter Episcopi eligantur, nihil erit immutandum in præcedentia iuxta resolutionem Vicariorum, cùm Episcopalis Dignitas sit accidentalis ex dictis suprà *quæst.* 27. *num.* 2. & 10. & *aliis locis*. Et ita consuetudinem sequi, & postea resolutionem præfatam necessarium erit. Si autem Gubernatores sint Coadiutores, tunc ad supradictas *quæst.* 15. *num.* 5. & 6. recurratur.

15 Sed non mediocre dubium est, an prædicta procedant in Vicariis electis à Capitulo sede vacante? provt tenentur eligere infrà octo dies post mortem Episcopi ex eodem Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 16. *de reformat.* & puto sic esse dicendum

cendum, quod cùm Capitula ſuccedant in iuriſdictionem Epiſcopi in ſpiritualibus, & temporalibus, & durante Vacante illum repræſentent *cap. ſi Epiſcopus cap. final. de ſupplend. neglig. Prælat. in 6. cap. vnico de maior. & obed. in eod. 6.* & conſtat *ex d. cap. 16. Concil. Trid.* non poſſit applicari diſtinctio præhabita; id eſt, vt Vicarij taliter electi Archidiaconis, Decanis & cæteris Capitularibus præferantur abſentibus Epiſcopis; ſecus autem præſentibus: nam ſemper Capitulum eſt præſens, & ita Vicarius per eum electus, quando vti talis in choro ſtare voluerit, Capitulares præſentes præcedere non poterit, & ita aut ſedeat, vti Capitularis (ſi talis fuerit) in loco aliàs ſuo, aut ſi vti Vicarius ſedem expoſtulet, illa debeatur, quæ Vicariis Epiſcopi de conſuetudine præſtatur, & in terminis quod talis Vicarius Capituli non præcedat Canonicos, ſcripſit Riccius *prax. for. tit. prax. Vicar. cap. ſed. vac. deciſ.* 475. vbi fundamenta & DD. ſic ſentientes adhibuit, & quòd in hanc ſententiam declarauit S. Congreg. rituum, & *num. 6.* rationem addit, quia talis Vicarius in Capitulo non conſideratur vt Vicarius, ſed vt Canonicus, cùm Dignitas Vicariatus non ſit de Capitulo, & ita mutationem loci cauſare non debet, ſed ex hoc non tollitur, quòd quamuis Vicarij non ſint de Capitulo, ſi tamen de conſuetudine locum in choro habeant, & ſit melior quàm locus Canonici Vicarij, poſſit hic eadem conſuetudine fruens ad locum Vicarij, vti talis ſedens, aſcendere: ad idem Sbrocius loquens pro Archidiacono contra Vicarium Capituli ſede vacante *de officio Vicarij lib. 2. quaeſt. 25. num. 20.*

Et idem dicendum ſi non Capitulum ſed Epiſcopus eligat in ſuum Prouiſorem quemdam ex Capitulantibus, vt ſcilicet poſſit vel ſedere in loco Dignitatis, Capic. *deciſ.* 27. *num.* 27. Boër. *tract. de auctor. mag. conſ. num.* 66. & quia Vicarius Canonicus antiquiores Canonicos non præcedit, Rebuff. cum aliis *in prax. benef. forma Vicar. num.* 28. quando vti talis Canonicus ſedit: vel in loco Prouiſoris, ſi de conſuetudine illum habeat meliorem in Eccleſia, Homobonus *de ſtatibus humanæ vitæ part. 1. cap. 7. num. 2.* nam tunc in actu eſt vti Vicarius, & ideò in eius ſede ſedere debet Boër. *dict. num.* 66. bona deciſio Caputaquen. 307. *num. 6. part. 1.* cùm vna & ea- 16

Gg 2 dem

dem persona secundum diuersas Dignitates, diuersas etiam sedes acquirat, vt in Episcopo Canonico dictum fuit suprà *quæst.* 27. *num.* 2. verùm credo, quod rarò aut nunquam prædicti Vicarij Capitulares: aut à Capitulo sede vacante aut ab Episcopo creati, in sede alias Vicariorum licet meliori sedent, sed quod locum suæ Dignitatis aut Canonicatus etiam cum Vicariatu retinent, ex eo quod est locus perpetuus, & ne cæteri concanonici postpositi & antiquiores conquerantur, dicentes, quod Canonicus Vicarius magis ex Vicariatu, quàm ex Canonicatu gloriatur in Capituli contemptum.

17 Iterum Vicarij præferuntur omnibus personis Ecclesiasticis in suis Diœcesibus, cùm sint earum iudices ordinarij Episcopis associati, & faciunt vnum & idem Consistorium, vt suprà dixi *num.* 6. & quia, si iuxta distinctionem præhabitam præferuntur Capitularibus absente Episcopo, qui sunt clerici primi gradus, vt suprà *quæst.* 10. *num.* 2. & secundum DD. *hac quæst. num.* 2. præferuntur illis absolutè: ergo præferendi similiter erunt cæteris clericis de Diœcesi etiãsi sint Canonici, aut Dignitates in Ecclesiis Collegiatis, cùm dicantur clerici secundi gradus, vt *in eadem quæst.* 10. *num.* 2. & quod Vicarij absolutè dictis Ecclesiasticis præferantur tradiderunt Menoch. seu Ricard. *dict. consil.* 52. *num.* 7. Riccius *dict. praxi fori tit. praxis præcedentiar. decis.* 578. *num.* 4. §. *Tum secundo*, per text. *in cap. solitæ de maiorit. & obed.*

18 Imò etiam omnibus Laïcis de Diœcesi præferendi erunt ex eo, quod tanquam Episcoporum socij sunt eorum Pastores in spiritualibus, quemadmodum Episcopi, & similiter iudices in causis mixti fori, vt suprà *quæst.* 28. *num.* 1. & quod Vicarius Episcopi præcedat Gubernatorem in functionibus, ex eo quod associetur Episcopo, & illum repræsentet, & maiorem & nobiliorem obtineat administrationem, cum præsit personis Ecclesiasticis, tradidit in specie idem Riccius *dict. praxi fori tit. prax. præcedent decis.* 578. *per tot.* etiamsi pro parte Gubernatoris adesset consuetudo præcedendi, quam nullam vocat & inualidam, & corruptelam, cùm sit contra superiorem, de quo puncto videantur quæ suprà scripsi *quæst.* 18. *per tot.* sequitur Riccium & allegatos per eum

Mace

Maceraten. *in sua pract. lib. 1. var. resol. cas.* 31. vbi etiam in terminis disputat, & pro Vicario contra Prætorem ex prædictis rationibus resoluit. Faciant ea, quæ suprà tradidi *quæst.* 14. *num.* 3. *& quæst.* 27. *num.* 11. ex quibus arguendi sunt Prætores illi, qui Vicarios & Ecclesiasticos iudices in honoribus & publicis actibus præcedere contendunt, cùm suæ iurisdictionis nocturnã claritatem in Luna per Deum designatam ante Diurnam Ecclesiasticę, quæ Soli comparatur, collocare & extollere nitantur, & prius oriri confingant contra eiusdem Dei fixum & naturalem ordinem, præterquam quòd superbiam & audaciam sapit, subditum velle suum Prælatum & Pastoris vices tenentem postponendo contemnere, vnde si Reges ob hanc Pastoralem causam, reuerentiam & obedientiam exhibẽt summis Pontificibus & quia Solis claritatem exercent, cur Prætores & alij Regalis iurisdictionis alumni, alumnis Ecclesiasticæ & Pontificiæ non obediunt, nec reuerentur, cum eadem in ipsos & Pastoralis causa, & solifera claritas dimanauerit?

Vlterius etiam præferuntur Vicariis foraneis, ex eadem 19 ratione, quod sint eorum iudices, & superiores, cum ab ipsis ad Vicarios generales appellatio procedat, vt cum multis scripsit Scaccia *tract. de appellation. quæst.* 8. *num.* 26. & ratio est, quia hi Vicarij Foranei cùm sint delegati per Episcopum, non faciunt idem consistorium cum eo, vt Vicarij Generales, gloss. *verb. Foranei in cap.* 1. *de offic. ordinar. in* 6. Couarr. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 20. *num.* 4. cum aliis relatis per eundem Riccium *dict. tit. prax. præcedent. decis.* 577. *num.* 3. & per Leonem *in suo Thesaur. for. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. *§. Foranei*, & quia dicti Vicarij non dicuntur habere Dignitatem, sed officium, idem Riccius *dict. decis.* 577. *num.* 1. vbi hinc docet illos non esse præferendos Præpositis Ecclesiarum Collegialium, qui cõstituti dicuntur in Dignitate, sed potius postponendos & ideo illis rescripta Papæ non diriguntur, nec executio litterarum Apostolicarum; nec sunt iudices iuxta text. *in cap. statutum de rescript. in* 6. quod secus est in Vicariis Episcoporum generalibus, *Clement. & si principalis, de rescript.* Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 106. *num.* 28. Rebuff. *in prax. tit. de Vicar. num.* 4. Leo *dict. cap.* 10. *de Vicar. num.* 6. *in fine:* nec possunt conseruatores

Gg 3 creari,

creari, Monet. *tract. de conseruat. iud. cap. 5. num. 61.* cùm Vicarij generales saltim probabile sit quod possint ex eod Monet. *dict. cap. 5. num. 66. & seq.* vbi latè disputat ad vtramque partem si tamen Vicarij Foranei in certam partem Diœcesis deputati vniuersalem causarum cognitionem exerceant, quamuis non ideo à Vicariorum Generalium præcedentia & summissione liberentur, & procedant in eis proximè relata, debent tamen ex multo ab aliis Foraneis meris, qui fere nullam habent iurisdictionem quoad honores distingui: nam ex eo, quod ad causarum Vniuersitatem sunt delegati Ordinariis æquiparantur, gloss. *verbo delegatus in fine*, ibi: *quia quasi ordinarius*, &c. *in cap. cùm causam de appellat.* & cum pluribus referunt Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 67. num. 31.* Vantius *de nullitat. tit. coram quo null. num. 7.* Sanchez *de matrimon. lib. 3. disput. 31. num. 2.* Monet. *eodem tract. cap. 7. num. 38.* & in practica videmus, quod illis causæ Apostolicæ committuntur ex Tribunali Ill. & R. Nuntij in Hispania commorantis, quæ consuetudo quasi eos in Dignitate constitutos confirmat.

19 At inter eosdem Vicarios Generales, si de præcedentia dubitetur, ad Episcopos, quorum sunt Vicarij oculos conuertere oportebit: nam quemadmodum inter Archiepiscopos ille clarior est, qui maiori Patriarchæ subditus est, vt suprà dixi *quæst. 4. num. 8.* ita inter Vicarios ille nobilior, qui clarioris seu dignioris Episcopi Vicarius fuerit, quando autem dignior sit Episcopus respectu alterius dixi suprà *q. 27. num. 6. & seqq.* & data æqualitate inter Episcopos ad personalia Vicariorum, de quibus satis *in quæst. 1. & seqq.* recursus habeatur: & idem dicendum est de Vicariis Capituli sede vacante, vt ad Capitula, & Ecclesias attendatur, quæ nobiliora seu nobiliores fuerint, vt suprà *quæst. 24. num. 3.* inter Vicarios autem Foraneos ille potior etiam erit, qui maiorem ab Episcopo iurisdictionem obtinuerit ex his, quæ de Episcopis similiter scripsi *eadem quæst. 27. num. 9.* & non habita disparitate iurisdictionis, prædicta personalia aspiciantur.

20 In electione autem Vicariorum dicatur pro vt suprà *q. 25.* vbi scripsi *num. 11.* quod ciuis & loci natiuus extero erit præferendus, ex eo quod notos habeat loci hominum mores, vt docuit Homobonus *de statibus humanæ vitæ, part. 1. cap. 7. n. 1.*

loquens

loquens in terminis Vicariorum, nunc autem addo, quod Capitulum in electione Vicarij sede vacante tenetur cæteris paribus eligere & præponere Capitularem, vt declaratum esse per Sacr. Congreg. Cardinal. refert Marcilla *in suis declarat. lib. 4. tit. 3. ne sede vacante*, &c. super *cap. 3. §. Oeconomum vnum, penes finem*, Riccius *dict. praxi fori tit. prax. Vicar. cap. sede vac. in vltimis notabilibus num. 4.* & ratio est: nam cum hoc Vicariatus officium prouideatur per Capitulum, & omnes Capitulares votum habeant in illius prouisione: meritò cæteris paribus Capitularis idoneus erit prouidendus, cùm in re communi socius habeat prælationem in parte per socium vendenda iure retractus, & similiter ciuis in casu publicæ inopiæ præferatur in emptione frumenti pro eodem pretio, quod ab exteris in conuentionem deductum fuerit, si frumentum ex agris Ciuitatis ipsius collectum fuerit, vt colligi poterit ex traditis per Couarr. *lib. 3. var. cap. 14. num. 6.* & per Cened. *in quaest. Canon. q. 33. n. 10.* cum pluribus relatis.

In processionibus autem Vicariorum locus est vlterior 21 tanquam nobilior, dixi suprà *quaest 32. num. 2.* & ita incedunt cum suis vestibus ordinariis post Hebdomariū pluuiali indutum, à latere autē solitum est in oppido nobili Talaueræ quod duo ministri ex Audientia Ecclesiastica Vicarium comitentur, ne solus deformis & contemptibilis appareat, & est iusta & rationabilis consuetudo sed hoc forsan non generaliter admittitur in omnibus locis, cùm iudices & Capitula secularia post Vicarios in dictis actibus incedentes aliquando contradicant, cùm autem Episcopi seu Prælati assistunt in processionibus, eorum Vicarij seu iudices aut non intersunt, aut deambulant inquirendo seu pręcauendo ne aliquid irreprehensibile contingat, in loco verò vlteriori post Ministrantem incedit Episcopus prout de more & consuetudine recipitur, à qua recedere non licet.

Vtrùm autem iidem Vicarij possint Caudatarium in di- 22 ctis actibus habere, eidem consuetudini, quæ in his rebus ius facit, erit relinquendum.

Præferuntur etiam Vicarij Episcoporum omnibus laïcis 23 & Clericis in domus conductione, etiā contra Ministros & iudices seculares, vti notatum remanet suprà *q. 19. n. finali.*

QVÆ

QVÆSTIO LIII.

De Præcedentia Vicerectoris.

Dixi suprà quæst.43.num.3.& quæst.1.num.27.& seqq.

QVÆSTIO LIV.

De præcedentia Visitatorum.

SVMMARIVM.

1 *Eorum defferentia describitur.*
2 *An dicantur habere Dignitatem?*
3 *Ponitur eorum præcedentia.*

1 

Isitatores diuersimodè creantur: alij námque electi sunt ab Episcopis, & Prælatis superioribus, de quibus loquitur Concil. Trident.*sess.* 24. *cap.* 3. *de reformat.* alij electi per inferiores, vti Archidiaconus, Decanus, & Capitulum ratione consuetudinis, idem Concil. *vbi proximè*, & declarat. Cardinal.per Marcill.relata *lib.* 4. *tit.*7.*de accusat.cap.*13.Leo *in suo Thesaur.fori,part.*2.*cap.*16.*num.*29. vbi declaratur:alij electi per Capitulum sede vacante, ad quod pertinet visitatio ex consequentia iurisdictionis ordinariæ, in quam succedit ex traditis per DD. *in cap. conquerente,de offic. ordin.* Seraph. *decis.* 475.*num.*1.*& decis.*615.*n.*2.*& decis.*1008.*num.*4.& in specie alios referens, & amplians, scripsit Riccius *in praxi fori titul. prax. visitat. decis.* 609. alij etiam electi per Capitula generalia Monachorum, & regularium, de quibus idem Concil. *sess.* 25. *cap.* 8. *de regular.* & *ibi* Marcilla *lib.* 1. *tit.* 12. *cap.* 11.
Leo

Leo *d. cap. 16. n. 31.* alij insuper visitatores per sanctissimũ eliguntur & Apostolici vocantur, de quibus *in Ceremon. Rom. lib. 1. cap. 23. fol.* 40.

Hi, inquam, visitatores diuersimodè creati, exploratissimi iuris est, quòd non habent Dignitatem, nec possunt esse iudices delegati iuxta textum *in cap. statutũ de rescript. in 6.* nec Conseruatores, vt ex dictis de Vicariis *in quæstione præcedenti num. 12.* argumento sumpto à maiori ad minus facilè apparebit, & quia adhuc Vicarij Generales propriè non dicuntur habere dignitatem, nec possunt esse conseruatores, vti latè conclusit, & tenuit Moneta *de conseruat. cap. 5. num. 70. & seqq.* & sic multò minus visitatores, quorum cognitio limitata est, & inferior, nisi dicamus, quòd impropriè ratione aliqualis iurisdictionis intra casus visitationis, dicantur habere Dignitatem ex dictis suprà *quæst. 6. num. 6.* 2

Quidquid sit, quoad præcedentiam atinet, illi cæteros familiares Episcoporum præcedunt, quia digniores sunt: sequuntur enim post Vicarios, & adhuc in casu Visitationis illos præcederent tamquam in re sibi commissa, vt suprà *quæst. 22. num. 1.* nisi Vicarij haberent eandem facultatem visitandi, quam prædicti exercent Visitatores qui tanquam Vicariis inferiores eorum iudicia aut præcepta seu licentias subuertere non valebunt, nisi de speciali suæ facultatis rescripto in Visitationis actu concesso, aut nisi Vicarius excedendo manum in rebus visitandis mitteret, iurisdictionem carens circa visitationem, eandem verò iurisdictionem habens Vicarius omnia poterit, & si ad eum appelletur à Visitatore, ipsius acta, de iure poterit reuocare, secus verò si per Episcopum aut Archiepiscopum circa appellationem ad Vicarium aliud fuerit constitutum: in Tolerano Archiepiscopatu statutum extat. Apostolici vero Visitatores à SS. PP. electi si fuerint Episcopi & interuenerint in vesperis, aut Missa solennibus, thurificantur ante Archiepiscopum & Episcopum præsentes, si autem non fuerint Episcopi, thurificantur post Archiepiscopum & Episcopum, & hoc intelligitur, dummodo Visitatores sint in loco iurisdictionis eorum, sic statutum est per Ceremon. Rom. *lib. 1. dict. cap. 23. fol. 40.* cui libro standum esse scripsi suprà *quæst. 27. num. 11.* 3

in fine,& aliis in locis: cæteri autem Visitatores per Archidiaconum, Decanum seu Capitulum consuetudine permittente creati, intra terminos visitationis suæ visitati erunt præferendi, & illis honor tribuendus tanquam iudicibus illorũ, idémque de visitatoribus Capituli sede vacante concludendum: nam etiamsi de Capitulo eligerentur, non ideò in choro seu aliis actibus vllam possunt prætendere qualitatem, cum hoc officium intra Capitulum quoad honores nunquam admittatur, Visitatores tamen Monachorum præcedentiam inter Monachos à consuetudine assequentur: at iustum iudicarem, vt in ipso visitationis actu omnes Conuentus visitatos Fratres & Monachos præcederent, extra verò post Prælatum seu Priorem, cui prima non est tollenda sedes, honoris seu officij commissi causa ponerentur.

His ergo breuiter relatis, & provt censui consideratis, huic tractatui finem imposui, adnotando, vt si aliquæ quæstiones Ecclesiasticæ occurrerint, quarum hîc decisio aut ratio non reperiatur, ex repertis per identitatem & per argumentum facilè poterunt resolui, ex his, quæ suprà notaui *q.* 21. *n.* 2. & hoc idem procedit in secularibus officiis & Dignitatibus: nam in hac materia doctrinæ & rationes, quæ habentur, vt plurimum, sunt communes inter Ecclesiasticos, & Laïcos, vt ex DD. relatis, præcipuè Cassan. *in Catal.* 5.6.7.*p.* & Boër. *d. tract. de auctor. mag. cons.* & Gama *decis.* 1. *n.* 15. & aliis de præcedentiis Laïcalibus tractantibus constabit, adnotando etiam, quod ius præcedentiæ ita honorificum & pretiosum est, vt defendi possit manu armata, Auendañ. *de exequend. mand.* 1. *p. cap.* 19 *n.* 15. plurimos congerit Doctor Ioan. Solorcano *in d. allegatione pro Consilio Supremo, n.* 23. 24. 25. *&* 26. etsi in defensione vim facientem quis occiderit, non pœna ordinaria; sed extraordinaria debet puniri, vt in terminis disputauit, vt resoluit Riccius *d. praxi fori, tit. prax. præcedent. decis. vlt.* per quem latiùs poterit cogitari, & hæc sufficiant, & ad honorem & laudem Dei, eiusque Matris & Virginis Mariæ dicta censeantur.

INDEX

INDEX GENERALIS
RERVM ET VERBORVM
IN HOC OPERE
CONTENTORVM.

Prior numerus Quæstionem, secundus eiusdem Quæstionis partem, tertius folium indicat.

A.

B.

C.

Consi

I.

Referen

FINIS



